





Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
University of Toronto

ANECDOTA MAREDSOLANA

SEV

MONVMENTA ECCLESIASTICAE ANTIQVITATIS
EX MSS. CODICIBVS NVNC PRIMVM EDITA
AUT DENVO ILLVSTRATA

OPERA ET STVDIO

D. GERMANI MORIN

Presbyteri et monachi Ord. S. Benedicti Maredsolensis.

VOL. III PARS III

SANCTI HIERONYMI PRESBYTERI
TRACTATVS NOVISSIME REPERTI.

MAREDSOLI

apud Editorem.

OXONIAE apud J. PARKER & Filium Bibliopolas.

1903.

SANCTI HIERONYMI PRESBYTERI

TRACTATUS SIVE HOMILIAE

in Psalmos quattuordecim.

DETEXIT, ADIECTISQVE COMMENTARIIS CRITICIS
PRIMVS EDIDIT

D. GERMANVS MORIN.

ACCEDVNT

EIVSDEM SANCTI HIERONYMI
IN ESAIAM TRACTATUS DVO
ET GRAECA IN PSALMOS FRAGMENTA

ITEM ARNOBII IVNIORIS
EXPOSITIVNCVLAE IN EVANGELIVM
NVNC PRIMVM EX INTEGRO EDITAE


VNA CVM PRAEFATIONE ET INDICIBVS
AD VOL. III PART. II ET III.

MAREDSOLI

apud Editorem.

OXONIAE apud J. PARKER & Filium Bibliopolas.

1903.



JAN 11 1937

8989

PERMISSV SVPERIORVM.

PATRI · OPTIMO · REVERENDISSIMO
HILDEBRANDO · DE · HEMPTINNE
ABBATI · ORDINIS · BENEDICT · PRIMATI
QVOD · IN · HAC · TEMPORVM · ACERBITATE
TOT · INTER · EXIGVAS · MENTES
INLIBERALES · ANIMOS
MIRVM · IN · MODVM · INTELLEXERIT
NVNC · ETIAM · PRODESSE · ECCLESIAE · XPI
LITTERATOS · SVOS
NEC · PLANE · VMQVAM · RESTITVTVM · IRI
ANTIQVVM · MONASTICAE · FAMILIAE · DECVS
NISI · CONIVNCTO · CVM · VITAE · SANCTITATE
QVA · DEO · ERIT · ACCEPTIOR
DOCTRINAE · STVDIO · ET · AMORE
QVO · FIAT · ERVDITIOR

PRAEFATIO.

Hieronymi opuscula huius tomi partibus II et III contenta.

I. Res quidem tempusque me adducunt, ut in emittendis tandem aliquando Hieronimi tractatibus seu homiliis postremo repertis pauca, quae erunt necessaria, quam brevissime ac velut primis lineis notare satis habeam; cum vero et eiusmodi brevitatis Anecdotorum meorum adprime conveniat rationi, et geminam de Hieronymo concionatore iam commentationem ediderim antea (1), quod hic deesse videatur, vix aegre fero.

Imprimis libet, quae ex D. Hieronimi opusculis huiusce tertii voluminis partibus II et III continentur, per summa capita commemorare. Haec enim:

1^o Tractatus LVIII in librum Psalmorum, quorum maior portio in Breviario apocrypho multa per saecula sepulta erat, adulteris mercibus immixta, reliquae vero particulae, eaeque ad delectationem lectoris aptissimae, nondum in luce collocatae fuerant.

2^o Tractatus X in Marci Evangelium, qui inter silvam homiliarum latinarum D. Iohanni Chrysostomo falso adscriptarum in antiquis editionibus adhuc latebant.

3^o Itemque decem alii de variis argumentis, et ipsi densissimis Chrysostomi Augustinive appendicibus hucusque admixti, atque insuper etiam interpolamentis vel foeda detruncatione deformati (2).

1. « *Les monuments de la prédication de saint Jérôme* » (*Revue d'histoire et de littérature religieuses*, t. I, 1896, pp. 393-434). — « *Quatorze nouveaux discours inédits de saint Jérôme sur les Psaumes* » (*Revue Bénédictine*, t. XIX, 1902, n. 2, pp. 113-144).

2. In numero non duco *Fragmenta de libro Numerorum*, p. 419 sq., quippe quae ex Origenis a Rufino translata in Iudic. homilia VIII sint excerpta, veluti nec tractatulum de Psalmo L, p. 421-3, de cuius auctore difficile iudicium videtur.

4^o Altera series Tractatum XIV in Psalmos in codicibus italicis postmodum inventa et ex toto adhuc inedita.

5^o In Isaiam Tractatus II ab aliis iam evulgati, nunc vero novis curis emendati et illustrati.

6^o Denique pauca quaedam ex graecis in Psalmos fragmentis, quibus Hieronymi nomen inscriptum est.

Quibus testibus singularum partium innitatur auctoritas, ac quorum codicum ope editae seu recognitae sint, breviter iam explicare placet.

Eorum auctoritas interno caractere idoneisque testimoniis
comprobata.

II. Quod quidem ad LVIII priores de Psalmis Tractatus adinet, ii profecto hoc ipso ab emunctae naris hominibus genuinus Hieronymi fetus sine magno labore agnoscentur, quod universi in diu neglecta codicum familia (1) reperti sunt, quae illa omnia et sola ex apocrypho Breviario comprehendat, in quibus propria Hieronymiani ingenii vena iam olim doctissimis viris vel inter tot assumentorum pannos vere et aperte sese ostenderat (2). Quo enim alio pacto res expediri possit, haud plane video: praesertim cum et antiqui librarii plenioribus in totum Psalterium Commentariis potissimum inhiarent, et quae a pseudepigrafo Breviario aliena in praedictis LVIII Tractatibus leguntur, ea, uti evidenter ostendisse confido, eam speciem referant, quae manifeste Hieronymum, et hunc « in conventu fratrum » Bethlehemitico de Scripturis disputantem, arguat.

Ceterum testes habemus omnino idoneos, saltem pro quattuor prioribus ac praecipuis tractatum ordinibus; quorum singuli in medium sunt producendi (3).

1. Quamquam iam olim librariis nota erat, et a vulgato in Psalterium integrum Breviario probe distincta; quod planum faciunt *Catalogi bibliothecarum antiqui* ap. G. Becker, 6, 73-74; 8, 36; 33, 32; 95, 68.

2. Cf. horum *Anekdotorum* t. III, 1, Praefat. p. I sqq.

3. Omitto Alcuinum, Florum Lugdunensem, ac ceteros aetate inferiores.

α. S. Augustinus in Epistula cXLVIII non serius an. 413 ad Fortunatianum scripta, n. 13 sq. :

Ne multa commemorando maiores moras faciam, hoc unum sancti Hieronymi interpono... Cum ergo ille vir in Scripturis doctissimus Psalmum exponeret, ubi dictum est : *Intelligite ergo qui insipientes estis in populo, et stulti aliquando sapite. Qui plantavit aurem, non audiet? aut qui finxit oculum, non considerat?* inter cetera : « Iste locus, « inquit, adversus eos maxime facit, qui Anthropomorphitae sunt ; qui « dicunt Deum habere membra, quae etiam nos habemus. Verbi causa, « dicitur Deus habere oculos : quia oculi Domini respiciunt omnia, « manus Domini facit omnia. *Et audivit*, inquit, *Adam sonum pedum* « *Domini deambulantis in paradiso*. Haec simpliciter audiunt, et huma- « nas imbecillitates ad Dei magnificentiam referunt. Ego autem dico, « quod Deus totus oculus est, totus manus est, totus pes est. Totus ocu- « lus est, quia omnia videt ; totus manus est, quia omnia operatur ; « totus pes est, quia ubique est. Ergo videte quid dicat. *Qui planta- « vit aurem, non audiet? aut qui finxit oculos, non considerat?* Et non dixit, « Qui plantavit aurem, ergo ipse aurem non habet ; non dixit, ergo ipse « oculos non habet. Sed quid dixit? *Qui plantavit aurem, non audiet?* « *qui finxit oculos, non considerat?* Membra tulit, efficientias dedit. »

Atqui ipsissima haec legere est supra, Tract. de Psalmo xciii, p. 129.

β. Cassiodorius Senator, In Psalt. Praef. c. 1 (Migne P. L. 70, 12 sq.) :

Animadvertendum est quoque Spiritum sanctum sic fuisse prophetis sanctissimis attributum, ut tamen ad tempus pro infirmitate carnis et contrarietate peccati ab ipsis offensus abscederet, et iterum placatus sub opportunitate temporis adveniret. Unde et sanctus Hieronymus exponens evangelistam Marcum, in loco ubi ait de Ioanne, *Vidit apertos caelos, et Spiritum tamquam columbam descendantem et manentem in ipso*, ita evidenti ratione tractavit, ut nemo contra ipsius sententiam venire praesumat.

Porro hoc aliudve huiusmodi frustra in Pseudo-Hieronymi Expositione in Marcum quaesieris (Migne P. L. 30, 614 sq.) ; immo vero adprime respondet iis, quae in nostra De principio Marci homilia p. 326 sq. inveniuntur : « Videte quid dicat : « *manentem*, hoc est perseverantem, hoc est numquam receden- « tem... In Christo Spiritus Sanctus descendit, et permansit ;

« ceterum in hominibus descendit quidem, sed non permansit.
 « Denique in volumine Iezechielis... non transeunt viginti ver-
 « sus aut triginta, et statim dicitur, *Et factus est sermo Domini*
 « *ad Iezechiel prophetam.* Dicat aliquis: Hoc quare tam crebro
 « ponitur in propheta? Quoniam Spiritus Sanctus descendebat
 « quidem in prophetam, sed rursus recedebat. Quando dicitur,
 « *Et factus est sermo,* ostenditur quia Spiritus Sanctus, qui reces-
 « serat, rursus veniebat. Quando enim irascimur » etc.

γ. Idem Cassiodorius, *Exposit. in Ps. xli* (Migne P. L. 70, 300 sq.):

Sed in his nominibus illud meminisse debemus, quod beatus Hieronymus ait: « Omne psalterium sagaci mente perlustrans, numquam
 « invenio quod filii Core aliquid triste cantaverint: semper enim in
 « psalmis eorum laeta sunt et iucunda; saecularibusque contemptis
 « caelestia et aeterna desiderant, congruentes interpretationi nominis
 « sui. »

Et ibi quidem Cassiodorii editor Garetius noster lectorem remittit ad Expositionem tituli psal. LXXXIV, quae olim in Breviario, nunc in Tractatibus legitur p. 92. Verum scite animadvertit vir cl. Ericus Klostermann (1), neque in Tract. de psalm. LXXXIII. LXXXIV, neque in Epist. LXV, n. 4, ipsa omnino verba legi, quae modo adlata sunt; quapropter propius fidem ei visum est, Cassiodorium ad quamdam Hieronymi de psal. xli homiliam respexisse, praesertim cum ipse S. Pater in praedicta epist. LXV scribat: « Qui sint autem filii Core... in quadragesimo primo psalmo competentius disputatur. » Quod autem demiror, haud vidit vir doctissimus, vitiosa credo interpunctione deceptus (2), ab iisdem plane verbis incipere in nostra editione Tractatum in Ps. xli ad Neophytos, p. 410 sq.

δ. Trino igitur testimonio de homiliis, quae secunda voluminis parte continentur, audito, iam de reliquis hucusque ineditis, quae tertia parte exhibentur, ad alium sponsorem convertamur, eumque omni exceptione maiorem, ipsum videlicet Hieronymum,

1. *Göttingische gelehrte Anzeigen*, 1898, n. 8, p. 597.

2. Garetius ita verba distinxit: « meminisse debemus quod beatus Hieronymus ait, omne psalterium sagaci mente perlustrans. Nunquam invenio quod *fili Core* » etc.

qui circa finem Tractatus de Ps. xv, p. 31, sua se voce hunc in modum prodit :

Notandum quoque, quod in hoc loco ubi nos legimus *Adimplebis me laetitia*, Theodotion dixerit *Septem laetitia* et *Cum vultu tuo delectatio in dextera tua. Victori* ; et Aquila et Symmachus transtulerunt *Plenitudo laetitiarum cum facie tua*, vel *apud faciem tuam*, et reliqua. Quaeritur ergo quare Theodotion septem pro plenitudine dixerit? Quod quidem facile sciet, qui hebraeae linguae saltim parvam notitiam habuerit. *Saba* enim verbum, UT IN LIBRO QUOQUE HEBRAICARUM QUESTIONUM DIXIMUS, quatuor res significat : plenitudinem et satietatem, iuramentum et septem.

Quid adhuc studii his tractatibus a viris litteratis adhibendum.

III. Ergo inde capiatur principium, ut seligantur tractatus talibus auctoribus comprobati, ex quibus deinde excerpantur notabilia quaeque, maxime dictiones peculiare, quibus frequentissime utitur orator. Quae quidem ultro se ita ingerunt, ut nullo negotio vocabulorum index confici possit, quo lydio quasi quodam lapide statim agnoscat quidquid umquam ex Hieronymi concionantis ore prodiit. Hunc laborem a me susceptum diligentius exercendum aliis relinquo, satisque habebō nonnulla ex iis specimina exempli causa proferre :

Videte quid dicat ... Hoc est quod dicit ... Quod dicitur, hoc est ... Dicat aliquis ... Hoc totum quare dixi? ... Dicamus et aliter ... Simpliciter interpretari ... Rem dico novam ... Rem novam video ... Hoc interim secundum historiam ... Secundum litteram stare non potest ... Multa sunt quae dicantur, sed hora excludimur ... Vim facere scripturae ... Necessitate ergo compellimur ... Ergo sensus iste est ... Diximus de ... dicamus de ... Ubi sunt qui dicunt ...? O si et nos ... Secundum intelligentiam spiritalem ... Ad reliqua festinat oratio ... Secundum habraicam veritatem ... Frequenter dixi ... Usque hodie ... Videte mysterium ... Videte significantiam ... Videte nominum sacramenta ... Videte clementiam prophetae ... Videte consequentiam scripturarum ... Ego simpliciter dico ... Vultis scire ...? Ego puto ... Simulque considerate quid dicat ... Non est istius temporis ... Nihil sic Deo placet quomodo ... In singulis versiculis immorari ... Rem videor difficilem dicere ... Respondeant nunc ... Non quo ... sed quo ... Prudens lector ... auditor ... Breviter perstringere ... Longum est nunc dicere ...

Longum est, si velimus ... Simulque considerate ... Si non aliquis ... Rem dico ridiculam ... Non est grande ... Infinita replicare ... Ad psalmi ordinem revertamur ... Super persona Domini accipere ... secundum anagogen ... tropologiam ... Simulque observandum, quod ... Si cui tamen de ea recipere testimonium placet ... Sive aliter ... Quantum in memoria mea est ... Hoc locus adversum eos facit, qui ... Hoc adversus ... Audi haeretice ...

Ea igitur, ut Hieronymi genus ex tempore dicendi, quod hucusque omnes fere praeteribat, recte percipiatur, singulis tractatibus tamquam obrussa imprimis adhibenda erit ratio. Neque id satis esse existimo : quin contra multa etiam alia ordine erunt inquirenda, utputa, quo circiter anno homiliae sint habitae ⁽¹⁾ ; ecquid una vel altera graeco sermone sit pronuntiata ⁽²⁾ ; quid commodi ex eis ii haurire possint, qui sacrorum Bibliorum studio operam dant, qui ecclesiasticae antiquitatis memoria delectantur, qui documenta liturgica dogmatumve fundamenta scrutantur, vel qui denique philologicis disciplinis incumbunt. Quae quidem omnia in utrisque quas initio commemoravimus dissertationibus breviter complexi sumus ; sed tamen labori atque industriae etiam nunc campus patet amplissimus, ad quem investigandum indices in huius voluminis fine congestos aliqua fortasse usui fore speramus.

Haud uno vitio laborare Hieronymianam eloquentiam, infitiandum non est.

IV. Illud vero unum haudquaquam alteri relinquendum esse

1. Multiplicibus indiciis annum fere 401/402 subindicari alias notavi. Nec obstat quod legitur in Tract. de Ps. CVIII, p. 191 sq. « Respondete mihi, o Iudaei ... Ecce nunc quadringenti anni : quare non est missus ad vos propheta? ... Ecce quadringenti anni sunt. Sed tunc dereliquistis Dominum, et idola colebatis : nunc autem Dominum crucifixistis et interfecistis. » Nam et Arnobius Afer sub initium quarti saeculi, et pseudosynodi Antiochena an. 345, Sardicensis an. 347, Eusebius quoque Caesariensis, qui diem obiit an. 340, necnon S. Hilarius Pictaviensis episcopus, S. Zeno Veronensis, S. Philastrius Brixianus eadem chronica notatione usi sunt (Cf. Ballerini-orum dissertationem primam de S. Zenonis operibus, cap. 2, § 1, ap. Migne P. L. II, 41 sq.). Quid quod in nostri Hieronymi epistula 129, ad Dardanum, an. 414 tradita legitur : « Post eversionem templi (= post an. 70) paulo minus per quadringentos annos et urbis et templi ruina permaneat » ?

2. Conf. principium Tractatus de Ps. 143, p. 278, l. 19 sq. et graeci sermonis reliquias quae passim inveniuntur, ut p. 373, 13 sq. « Mundum istum terrenum locum dicit, τὸν περίγειον (ita legendum esse contendit Ericus Klostermann, non περισσὸν) τόπον λέγει » ; p. 374, 1 sq. « Generaliter disputavit, καὶ κατακεραυβίζει αὐτό » etc.

censeo, occurrere vitiis reprehendendisque defectibus, quorum existimator quivis versutus ac sollers in ipsis tractatibus non utique reperiet nulla.

Non hic agitur de minore sermonis elegantia, quippe cum inter omnes constet, a seipsis plerumque viros mire differre ceteroquin in scribendi arte versatissimos, cum subito orationes habere coguntur. Nominatim proferam Ambrosium, a quo conciones aliquot quales prolatae sunt habemus, easdemque postea domestico labore ita retractatas, limatas, expolitas, ut vix ab eodem auctore editae videantur. Nonne ipse Hieronymus noster in homiliis Origenis latine reddendis adeo incomposito, agresti, semibarbaro (1) utitur sermone, ut non nunquam aegre dignosci possit? Quod quidem viri vel eruditissimi proprio impendio ita esse didicerunt (2).

Neque in iis commorabor, quae ab auditoribus, dum S. Patris verba calamo exciperent, manifeste vitiata sunt, ut plerumque hebraica vocabula (3). Etenim de ceteris opusculis suis iam praemonebat Hieronymus Lucinium: « Si paragrammata repereris, « vel minus aliqua descripta sunt, quae sensum legentis impe- « diant, non mihi debes imputare, sed tuis, et imperitiae nota- « riorum librariorumque incuriae, qui scribunt non quod inve- « niunt, sed quod intellegunt; et dum alienos errores emendare « nituntur, ostendunt suos (4). » Idem alibi: « Non sum, inquit,

1. Lege Fr. Florii libellum *De ss. Hilario et Hieronymo Origenis interpretibus* (Bononiae, 1789), cuius primus articulus inscribitur: « In Homiliis Origenis latine reddendis sanctus Hieronymus elegantiam neglexit ». Et argumenti loco adferuntur quaedam dictiones et humilioris latinis vocabula, quibus squalent Homiliae in Ieremiam et Ezechielem, ut sunt *animas hominum regnatas a peccatis* (Migne P. L. 25, 616 B), *inanimales nubes* (ibid. 657 B), *alieni eramus testamentorum et repromissionis* (ibid. 720 A), *intentatio* (746 C), etc.

2. Norunt eruditi a Vallarsio primum pernegatum, novem Origenis in Isaiam homiliarum latinum interpretem Hieronymum fuisse: ita nimirum a tanti viri ingenio dissidere eas opinabatur, ut ipsomet fatente « mirari non desineret, doctissimos viros habere illas pro Hieronymianis potuisse ». Stilus in primis ei abiectus esse videbatur, ac venia omnino carere id genus vocabula *figuraliter, invenibile, illud negotiorum, magniloquax, sufficiens isto*, atque his similia (Praefat. in tom. IV, Migne 24, 13-16). Post annos vero fere triginta a sententia destitit, utque erat simplicis veritatis amicus, ingenue professus est, dubio reliquum esse locum non posse, quin Adamantii Homilias in Isaias Visiones ipse magnus Hieronymus latinas fecisset. (Cf. Admonit. ap. Migne, ibid., col. 935 sq.).

3. Ut puta *Chobar* pro *Chorrath* (204, l. 7), *zecam* pro *cazab* (ibid., p. 214, l. 14), *salun* pro *lason* (III 27, 6), etc.

4. Epist. 71, n. 5.

« tantae felicitatis, quantae plerique huius temporis tractatores,
 « ut nugas meas, quando voluerim, emendare possim. Statim ut
 « aliquid scripsero, aut amatores mei, aut invidi, diverso quidem
 « studio sed pari certamine, in vulgus nostra disseminant (1). »

Ex his colligere possumus, quid ipse sensisset conspiciens sim-
 plices huiusmodi Tractatus se ignorante a nescio quo litteris
 raptim consignatos.

Verumtamen plurima etiam insunt *σφάλματα*, quorum culpam merito in ipsum Hieronymum contuleris : v. gr. quod exempla e sacris scriptoribus sumpta alienis interdum nominibus adlegantur (49, 10 ; 136, 29 ; III 88, 20) ; insuper ipsa exempla adeo confuse et indiligenter proferuntur, ut iure oratorem auditorum inscitia immoderate abuti suspiceris (140, 26. 28 ; 147, 20 ; 156, 11 ; 244, 25 ; 289, 10 ; 324, 16 ; 369, 21 ; 387, 9 ; 411, 24 ; III 51, 9 etc.). Ut nonnulla singulatim percenseam, perturbato ordine referuntur duae piscationes (330, 27), duae eiectiones e templo (360, 24), et ea quae de Transfiguratione Domini narrantur (348, 3) ; Bel insuper pro Nabuchodonosori statua ponitur (289, 10), Selom pro Onan (408, 19), nominis Amos mendose litterae computantur (III 98, 1), mira etiam inconstantia in vocabulis hebraicis mystice interpretandis (III 20, 21 ; 33, 2 ; 47, 7). Quae sane vitia ne sedato quidem animo scribens, nedum ad fratres fundens homilias, omnino vitavit Hieronymus (Cf. inter alia Migne P. L. t. 23, 247, not. 1 ; ibid., col. 598, not. 3 ; t. 24, 608, not. 1 ; t. 25, 278, not. 2 ; ibid. 957, not. 2, etc.). Quid multa ? Haud equidem negarim, Nostrum aliquando in enuntiandis etiam dogmatibus minus caute se gessisse, utputa cum de *humana* in Christo *persona* loquitur (III 47, 7), aut *non Deum Verbum, non hominem compositum, sed animam descendisse ad inferos* aperte contendit (III 29, 14). Quamvis enim magnus Hieronymus, quamlibet eruditus, attamen homo erat, et humana passus est (2).

1. Epist. 49, n. 2.

2. Quod Tract. de Ps. 128 initio dicitur, *Ego autem qui quadraginta aut quinquaginta annorum coepi servire Domino*, illud profecto facit, ut iis facilius adsentiatur, qui Hieronymum anno 374 monasticae vitae addictum, 331 natum esse contendunt. Verum iure animadvertit Tillemontius, S. Doctorem in temporum rationibus perscribendis minime accuratum esse. Immo vero forsitan

Quod tamen censores peritissimos non impedivit, quominus ipsum Hieronymum loquentem agnoscerent.

V. Ceterum has aliasque maculas haud ita graviter tulere, qui deficientibus licet prolegomenis indicibusque horum Tractatum examen instituere non exhorruerunt, sapientissimi huius temporis Aristarchei; qui omnes uno animo de eorum origine atque utilitate consentiunt. Nominatim commemorare libet A. Hilgenfeld (1), P. Lejay (2), P. Wendland (3), P. Batiffol (4), Grütz-macher (5), G. Cirot (6), G. Pfeilschifter (7), G. Wildeboer (8), necnon mihi amicissimum ac desideratissimum Samuelem Berger (9), qui biblico imprimis textui atque liturgicis, ut aiunt, pericopis considerandis operam dedit. Verum prae ceteris de Hieronymo tractatore optime meritus est vir doctissimus idemque erga me vere benevolus Ericus Klostermann (10), qui eorum quae scripsit et amplitudine et auctoritate superavit omnes. Unus, nisi fallor, ex omnibus rem in incerto reliquit H. Oort (11), quem licet alias peritissimum, vix in eo genere exercitatum puto, qui de huiusmodi quaestione singulari atque difficillima sumatur arbiter.

hoc loco non de seipso sed de monachis in commune locutus fuerit. Neque aliter dixerim de iis, quae in Tract. de Ps. 132 (p. 246, l. 10) leguntur: *Frater meus saecularis (quod de me loquor, de singulis loquor) non tantum me amat, quantum substantiam meam.* Cf. Vallarsii Admonitionem ap. Migne t. 26, p. 851-2.

1. *Berliner philologische Wochenschrift*, 19 febr. 1898, an. XVIII, n. 8, col. 231-4. Quod autem vir eruditus adseverat duplicem panum multiplicationem in Evangelio « parabolam » aequae ac « historiam » Hieronymo fuisse, ad memoriam revoco, vocabulum « parabolam » pro quavis sacrae Scripturae περιζωπή apud antiquos in usu inveniri. Cf. *Revue Bénéd.*, ian. 1902, t. XIX, p. 10 sq.

2. *Revue critique*, 28 ian. 1901, an. XXV, p. 66-70.

3. *Deutsche Literaturzeitung*, 4 sept. 1897, an. XVIII, n. 35, col. 1361-5.

4. *Revue Biblique*, mense iul. 1897, t. VI, p. 491.

5. *Theologische Literaturzeitung*, 22 ian. 1898, an. XXIII, col. 48-50.

6. *Revue des Universités du Midi*, april.-iun. 1898, t. IV, an. XX, p. 238-247. Latius exsequitur omnia fere quae adversus suppositicium *Breviarium* dici poterant, eaque contra *Tractatus* a nobis editos nihil valere ostendit.

7. *Wochenschrift für klass. Philologie*, 1 ian. 1898, an. XV, col. 11-14.

8. *Museum*, febr. 1898, an. V, n. 12, col. 376-7.

9. *Bulletin critique*, 25 sept. 1897, an. XVIII, ser. 2, t. III, n. 27, p. 511-518. « L'histoire du texte biblique rend un témoignage sans mélange à l'origine hiéronymienne de tous les sermons que nous avons étudiés » (p. 514).

10. *Göttingische gelehrte Anzeigen*, 1898, n. 8, p. 585-602.

11. *Theol. Tijdschrift*, 1898, p. 203-207.

De codicibus a me adhibitis pro LVIII prioribus tractatibus edendis.

VI. Agedum de codicibus, qui Hieronymi tractatibus edendis inservierunt, breviter dicamus. Nam cum hoc opus propositi mei minime primum fuerit, sed Caesarii Arelatensis quae supersunt investiganti quasi per insidias se intruserit, id saltem mihi iniunxi, ut nequaquam editionem omnibus numeris absolutam molirer, sed satis haberem, neglecta illa Hieronymiani ingenii monumenta honeste ac decenter saeculi mei hominibus semel proposuisse. Itaque non omnes, quos invenire contigit, libros excussi, sed eos demum, quibus quod volebam adsequerer. Noli igitur mirari, multa eaque optima exemplaria praetermissa esse, immo abstinuisse me quominus manu scriptos codices in species familiasque distinguerem; quippe qui nondum advenisse tempus idoneum censerem, neque in huiusmodi *πρόεργω* vellem aetatem consumere.

A. Codex Collegii Pembrochiani Cantabrigiensis H. 2, saec. IX/X. Erat Bur. S. Edmundi J. 3; de quo vir incredibilis industriae M. R. James in commentario *On the Abbey of S. Edmund at Bury*, p. 63, itemque H. Schenkl in *Bibliotheca Patr. Lat. Britannica*, t. 2, part. 2, n. 2509. In eo primum integram ac genuinam homiliarum seriem inveni, cuius excerpta dumtaxat antea Lutetiae Parisiorum reppereram. Hunc mihi anno 1888 S.S. Lewis, Collegii Corporis Christi in eadem Universitate olim socius ac bibliothecarius, quae eius humanissima fuit benignitas, et qui nemini desiderium sui facile non reliquit, prae manu habendum obtinuit. Librum secundo contuli Cantabrigiae mense febr. 1895. Qui quidem duabus columnis descriptus est, neque ullo prima manu titulo insignitus; sed in fine legitur: FINIT TRACTATUS PSALMORUM *SCĪ* HIERONIMI *PRĒBI* INFRA SCRIPTIS PSALMIS NUMERO LXVIII (*sic*). *Havere te in Domino semper optamus pater dilectissime*. Sequuntur versus:

Mentes huc vestras lectores vertite cuncti,
 Psalteriumque pia voce sonate sacrum.
 Sponsi delicias veri si corde fovetis,

Cantet amor mentis, psallat opus fidibus.
 Haec vobis cecinit regum fortissimus heros,
 Vates ille David, quae celebranda monet.
 Ast ego prospiciens passim florentia rura,
 Per iuga, per montes Hieronimus gradior ;
 Puniceos flores carpens et lilia blanda,
 Vitem cum pomis, pascua mitto piis.

Ultimis paginis insunt nomina mensium, Translatio S. Bartholomaei inchoata (*Est in India quaedam civitas*), aliaque excerpta quae ad mores pertinent, inter quae singulare hoc ἐπιστόλιον cuiusdam ignoti de ordinatione sua deprehendi :

Ego plane licet fedus et te et omnia tua pulchra conspexi, et memet- ipsum in comparatione tua satis indecorum vidi. Unde precor gratiam Dei, quae in te exuberat, ut non respuas deprecantem, sed libenter doceas quae me fateor ignorare. Compellimur igitur necessitate facere quod prohibes. Peritus enim dum non reperitur, qui ad officium sacerdotale veniat, quid faciendum est, nisi ut imperitus, sicut ego sum, ordinetur ? Iubes enim, ut non ordinetur imperitus. Sed pertractet prudentia tua, ne forte ad peritiam sufficiat ei scire Christum Iesum, et hunc crucifixum.

Quod ad indolem textus hieronymiani pertinet, is plerumque haud magni faciendus. Multa habet ex libidine mutata vel imperite emendata ; graeca aliaque peregrina vocabula aut omissa aut turpiter deformata. Ex notis in margine passim adpositis apparet, nonnulla tractatum loca in monachorum olim synaxibus lecta fuisse.

B. Codex Audomaropolitanus 89, saec. IX, erat monasterii Sancti Bertini, sub numero 153 in catalogo anni 1861 descriptus (1). Initio manu coeva praemissus est index nominum fere 270, quae ad Novam Corbeiam in Saxonia pertinere ostendit vir ille gallicanae eruditionis nostra aetate facile princeps Leopoldus Delisle (2). Tractatus in Psalmos tacito auctoris nomine inscribuntur EXPOSITIO PSALMORUM. Inter folia 41 et 42 mutilo

1. *Catalogue général des Mss... des départements*, (in-4°), t. III, p. 83.

2. *Bibliothèque de l'École des Chartes*, t. LX, an. 1899, p. 215-227.

libro deficit extrema pars tractatus de Ps. 81, et reliqua usque ultima verba tractatus de Ps. 86; folia 94-107 ex alio postea codice suppleta sunt; itemque omnia in fine desiderantur a verbis *Videte quid dicat. Laudate ea...* (p. 310, l. 15). Ceterum codex bonae notae est, et cum Corbeiensi, de quo infra, plerumque consentit; quos ambos in hac editione instituenda potissimum secutus sum. Et Bertinianum quidem laudati Leopoldi Delisle beneficio Lutetiam Parisiorum transmissum meo commodo examinare et cum Corbeiensi conferre potui.

C. Codex olim Corbeiensis, deinde San-Germanensis 753, nunc Parisiensis Lat. 12152, saec. IX/X, foll. 178, lepida manu scriptus. Fol. IV inscribitur LIBER HIERONIMI IN EXPOSITIONE PSALMORUM. Fol. I^r praefixus est index: « Hi sunt psalmi qui hic expositi sunt a sancto Hieronimo presbitero. Beatus vir » etc. Ceteris codicibus praestare mihi visus est, non solum in sensu, sed et in orthographia; nisi quod in exemplis e sacra Scriptura sumptis recentiores versiones in antiquioris locum haud raro subrepserunt. Unus fere ex omnibus integer est, nullis interpolamentis auctus, nulla dilaceratione imminutus; quem idcirco scrupulosius excutiendum esse existimavi, iis tamen neglectis quae posterior nescio quis eruditulus perperam emendare curavit.

G. Codex Sangallensis 109, saeculi ut videtur octavi, non una eademque manu scriptus, litteris plerumque rudioribus, et quae ad scripturae langobardicae similitudinem accedant. Medio in tractatu de Ps. 149 truncatus deficit, aliaque passim in eo desiderantur, ab inconsultis vero additamentis correctionibusve ferme purus est; a scribis videlicet minus peritis exaratus primigeniam sermonis faciem nobis haud semel unus, nonnunquam cum P, de quo mox dicetur, quadam exhibita affinitate servavit. Et quod dicere pene oblitus fui, praefixa volumini inscriptio est INCIPIT DISPOSITIO SANCTI HIERONIMI PRESB. SUP. SAL. Porro ambos Sangallenses (G et S) celeberrimae illius bibliothecae procurator Dr Föh huc mihi utendos liberalissime transmisit; quos qua maxima potui diligentia autumnus anni 1891 contuli.

I. Codex Musaei Britann. Reg. 4. A. XIV, litteris iricis

saec. VIII exaratus, quem descripsit Carolus Zangemeister in suo libello *Bericht über die Durchforschung der Bibliotheken Englands*, Vindobonae 1877, p. 28. Inscribitur TRACTATUS SANCTI IERONIMI PRBI IN LIBRO PSALMORUM; a Psalmo autem 109 incipit, et pergit usque ad Ps. 149. In hoc inferior ceteris, quod nonnullas ex praefatiunculis, quae in apocrypho Breviario ante singulos fere tractatus leguntur, admisit. E contrario in tractatu de Ps. 133, post verba *evangelia tenemus* (p. 257, l. 1) reliqua omittit, statimque transit ad Ps. 136; qua in re miro modo convenit cum codice G. Tractatum de Ps. 149 haec sequuntur:

Fol. 102: *Laudate Dominum omnes gentes. Iste psalmus non habet nisi versiculos quattuor... Tunc animas sanctorum illis adtribuetur regnum caelorum. Amen.* — Barbaro sermone conscripta homilia, quam Hieronymi non esse palam est. Paulo ante finem singulare quiddam legitur: *Tunc et triginta (pro trecenta?) sexaginta quinque compaginibus membrorum animarum sanctorum Alleluia Christo aeterno in gloria cantent (= cantabunt) (1).*

Fol. 105: EXPLICIT TRACT. SCI HIERONIMI IN LIBRO PSALMORUM. ITEM SCI HIERONIMI. *Audite me increduli. numquid de petra ista...* fol. 106^v: *in ipsa poene morte iam positus.* (Tria Origenis a Ruffino translata fragmenta, p. 419 sq.).

L. Codex olim S. Martialis Lemovicensis, deinde Colbertinus, nunc Parisiensis Lat. 2675. Multa cum aliorum tum etiam S. Caesarii Arelatensis continet miscellanea saeculo fere VIII exeunte scripta; quibus praemittuntur excerpta e Tractatibus Hieronymi in Psalmos 1. 14. 67. 74-76. 80-81. 105. 107. 109-110. 114-115. 137. 142. 143. 145-148. Et haec quidem foll. 3^v-10^v et 20^r-33^r leguntur; foliis vero 11-19 aevo recentiore transcriptus est « sancte et egregie recordacionis Oddoni abbatis sermo nuper hortante domno Theotolone episcopo de adustione « beatissimi Martini Turonensis ecclesiae aeditus. » Porro fragmentis in Psalmos titulus praefixus est: EXPOSITIO PSALMORUM HIERONIMI PRESBITERI. Quibus licet hiulcis et in frusta concisis ideo animum adtendi, quod ex iis primum mihi in suspicionem

1. Cf. Cod. Paris. Lat. 2675, foll. 59-61.

venit, praeter apocryphum Breviarium etiam nunc nonnulla fortasse exstare exemplaria, quae genuinas Hieronymi de Psalmis orationes exhibeant.

P. Codex Parisiensis Lat. 2676, antea Colbertinus 5079, Reg. 3994. 3. Folia priora 1-41 saec. IX exarata continent Tractatus hieronymianos ab extremo 77^o Psalmo ad 128^{um} inchoatum. Ex quibus tamen desunt Ps. 108. 110. 111. 114. 115 integri, partim tantum Ps. 109 et 119. Insuper usque ad Ps. 83 liber plerumque ita vitiatus est, ut tertia fere pars foliorum interciderint. Quem nihilominus eadem quam supra protuli ratione inductus sum, ne ex toto neglegerem.

S. Codex Sangallensis 108, litteris langobardicis una eademque pulcherrima manu saeculo ut videtur VIII scriptus. Post « sermonem sci ysidori de fine mundi » (foll. 2-10) legitur hic titulus : IN HOC CORPORE CONTINETUR PSALTERIUM INTERP. A HIERONIMO. Librarius pro illa aetate eruditus fuit, nec graeci sermonis omnino ignarus. Frequenter ratione atque auctoritate ceteris praecellit : in hoc tamen aliquando suspectus, quod difficiles quasdam ac perobscuras lectiones proprio Marte emendare haud dubitavit. Doxologias etiam in fine concionum ex se fere concinnavit vel longiores fecit ; quas in aliis quoque codicibus frequenter additicias esse semel monuisse sufficiat. Insuper in Psalmos 2. 3. 4. 8. enarrationes ex graecis haustas fontibus neque magni, uti apparet, pretii interseruit. Praeterea nonnulla certo Hieronymiana omisit, ut puta partes Tractatum de Ps. 111 et 134, integros vero de Ps. 140. 143. 145. 146, idque ex oscitantia, ne dicam ex industria, cum ne minima quidem libri portiuncula desideretur. Ex isto tamen codice ac tribus reliquis *B. C. et G.* haec mea praecipue constat editio.

De aliis codicibus quos aliquando examinare proderit.

VII. Certissimum vero est, multo plures adhuc codices exstare, eosque sane dignos qui diligenti examine perlustrentur (1) ; qui

1. Insuper optabile esse, ut suppositicii Breviarii exemplaria mss. accuratius perquirantur ac describantur, Paulus Lejay recte ac merito admonuit.

mihi vel postea innotuere seu etiam cotidie innotescunt. Ex quibus saltem aliquot breviter indicare iuvat :

Cod. Gratianopol. 218 (129), olim Carthusiae Maioris, saec. XII (1), de quo in *Anecd. Mareds.* III, part. I, p. x sq. Ante *Enchiridion*, seu *Excerpta de Psalterio*, habetur nostra *EXPOSITIO BEATI IERONIMI PRBI SUPER PSALMOS*. In fine legitur : *EXPLICIUNT PSALMI TRACTATI A BEATO IERONIMO PSBRO* Hoc libro in difficilioribus tantum locis usus sum

Cod. Carnutensis 215 (174), saec. XII (2). fol. 1 : « Incipit annotatio quorundam Psalmorum in libro qui vocatur minus *Breviarium sancti Ieronimi*. » fol. 2 : *LIBER SANCTI IERONIMI PRESBITERI IN EXPOSITIONE PSALMORUM*. Affinis videtur codici Parisien. 12152 (C) qui supra descriptus est.

Cod. Parisien. Lat. 2235, olim Baluzii, saec. VIII uncialibus quas vocant litteris scriptus. Quem vir cl. Paulus Lejay primus indicavit simul ac descripsit (3), cum me quidem utpote S. Gregorio perperam adsignatus effugisset. Eum, fateor, ut quam diligentissime examinarem, mihi proposueram ; sed indignissimus patriae me status a gallico rursus suscipiendo itinere hucusque deterruit.

Cod. Monacensis Lat. 14561 (olim S. Emmerammi 561) saec. VIII/IX, alteram editionem *Tractatum* curaturis haud parvi aestimandus.

Cod. Monacensis 18526² (Tegerns. 526²) chartaceus saec. XV. Nonnulla passim desiderantur ; tractatus de Ps. 101-115 numero desunt.

Cod. Monacensis 9548, saec. XII, mutilum levisque auctoritatis exemplar.

Cod. Florentinus in Laurentiana, olim Biblioth. S. Crucis, Piut. XV dext. Cod. VIII. saec. XI exaratus (4).

Cod. Patavinus Bibliothecae Antonianae Scaff. VI, n. 5, saec. XI, ab Erico Klostermann primum mihi indicatus, a iuvene collega D. Iohanne de Hemptinne me rogante ac postmodum a meipso perlustratus mense febr. 1901. Id differt a ceteris, quod triginta nec amplius tractatus comprehendit, scilicet de Ps. 1. 5. 7. 14. 66. 67. 75-77. 81. 82. 84. 89. 93. 103. 107. 109. 119. 127. 128. 131. 133. 135. 137. 139-142. 148. 149. In querceo libri operculo intus compactum est quod superest de rotulo emortuali Milonis cardinalis et episcopi Praenestini O. S. B. († 1103) (5). Reliqua parte continentur : Pseudo-

1. *Catalogue général des Mss. des Bibliothèques publiques de France*, Départements, t. VII, (Paris 1889), p. 78.

2. *Ibid.*, t. XI, p. 110 sq.

3. *Revue critique*, loc. cit., p. 69.

4. Bandini, t. IV, p. 471.

5. A me nuper edito in Lovaniensi utilissima ephemeride, *Revue d'Histoire Ecclésiastique*, april. 1903, pp. 241-6.

Hieronimi Expositio in Marcum, eaque, uti alibi quoque saepius vidi, in homilias distributa : S. Victorini episcopi et martyris Explanatio Apocalypsis ab Hieronymo emendata, cum eiusdem Hieronymi ad Anatolium de suscepto labore epistula ; denique anonyma nec flocci facienda Expositio in Cantica Canticorum.

Cod. Biblioth. Nation. Madritensis 5, 36, olim Toletanus, saec. X litteris wisigothicis scriptus (1). Fol. 131^v « incipiunt homelias beati iohanni os aureum. *Ve mundo ab scandalis...* Videtur quidem specialiter designare » (*Anecd. Mareds.* III², p. 373-376) ; foll. 137-194^v leguntur, et quidem Hieronymi nomini addicti, Tractatus de Ps. 119. 127. 128. 131-133. 135-137.

De codicibus quibus altera in psalmos series suppeditata est.

VIII. Quattuor codicibus usus sum, quos nuper descripsi, cum de quattuordecim orationibus S. Hieronymi ineditis pauca praelibarem (2). Sunt autem :

V. Cod. Vatican. Latin. 317 chartaceus foll. 260, anno 1554 exaratus a Ferdinando Ruano c. Pacen. scriptore Bibliothecae Vaticanae (3). In eo habetur (fol. 2^v) BEATI HIERONIMI EXPOSITIO SUPER PSALMOS, quae fol. 238 hac rubrica finem capit : EXPLICIT TRACTATUS PSALMORUM SANCTI HIERONYMI PRAESBYTERI. Maximam partem ex Arnobii commentario desumpta est (Ps. 11-13. 16-43. 45-65. 68-73. 75. 79. 94. 99. 112. 113. 116-118. 120-126. 129. 130. 134. 138. 141). Tres Augustini enarrationes complectitur, in Ps. scilicet 2. 3. et 4. Psalmi 8. 85. 144. 150 glossulis nescio unde emendicatis exponuntur, 44^{us} vero laciniis ex epist. Hieronymi LXV ad Principiam. Insuper adsunt numero quinquaginta quattuor tractatus in *Anecd. III² vulgati*. ps. 1. 5-7. 9. 14. 66. 67. 74. 76-8. 80. 81. 83. 86. 90. 91. 93. 95. 97. 98. 100-111. 114. 115. 119. 127. 128. 131-3. 135-7. 139-143. 145-9. Denique supersunt novem alii Tractatus, iique non solum hucusque omnino incogniti, sed in quibus divitem venam Hieronymianam nemo peritus infitietur. Quinim-

1. Gulielmus v. Hartel, *Bibliotheca PP. Latin. Hispaniensis* (Vindobonae 1897), t. I, p. 263 sq.

2. *Revue Bénéd.* 1902, t. XIX, p. 114 sqq.

3. *Codices Vaticani Latini*, descrips. M. Vatasso et P. Franchi de' Cavalieri (Romae 1902), t. I, p. 231 sq.

mo, uti iam dictum, ipse se S. Doctor aperte prodit, dum ad suum *Hebraicarum Quaestionum* librum auditores remittit. Pertinent vero ad psalmos 10 . 15 . 82 . 84 . 87 . 88 . 89 . 92 . 96 .

O. Cod. Vatican. Ottobon. Lat. 478, saeculo et ipse xvi scriptus, qui eadem fere comprehendit ac Vatican. 317, eosdem certe novem tractatus de Psalmis antea ineditos. Neutri antiquariorum contigit vetustius exemplar fideliter exprimere; quod quidem Romae et alibi in cassum quaesivisse me sane moleste tuli, in Hispania vero adhuc delitescere interdum suspicatus sum. De duobus profecto Vaticanum 317 in omnibus fere potiorrem inveni.

M. Cod. S. Marci Venetiis Latin. Class. I. xciv. foll. 139, binis columnis saec. xii exaratus (1). Eosdem continet de Psalmis tractatus, qui in duobus Romanis codicibus habentur, utroque ferme praestantior, quod ab antiquo exemplari simplicius pendere videatur.

L. Cod. Laurent. Medic. Florentin. Plut. XVIII. xx. saeculo xi binis plerumque columnis scriptus manu haud ita eleganti (2). In eo quoque maxima pars ex Arnobii Commentario et notis Hieronymi Tractatibus accepta est, nonnulla ex Augustini. Quibus addi oportet sex e novem ineditis Hieronymianis, quos Romani libri Venetianusque iam exhibuerant (in ps. 82 . 84 . 87 . 88 . 89 . 92). Quod vero tres reliqui minime comparent, incommodum longe compensatur inventis in eo quinque aliis orationibus de ps. 83 . 90 . 91 . 93 . 95, quas in nullo alio antea codice reppereram, neque postmodum repperi. Dolendum sane ea, quae a psalmo 119 usque in finem primitus legebantur, deperdita et ex S. Crucis Plut. xv dext. cod. viii (cf. supra p. xv) recentiori aevo suppleta fuisse. Verum conversis iam eruditorum animis in has Hieronymianae eloquentiae reliquias, in spem adducor fore, ut alia cum vetustiora atque emendatiora, tum etiam pleniora deinceps in lucem extrahantur exemplaria.

1. Valentinelli, t. I, Cod. 45 (D).

2. Bandini, t. I, p. 472.

De duobus qui heic denuo eduntur in Esaiam tractatus.

IX. Alteram seriem Homiliarum de Psalmis excipiunt Tractatus duo in Esaiam. Quorum primus iam pridem ab italicis Hieronymi editoribus ex uno codice Capituli Veronensis xv. 13. saec. VIII (1) « antiquissimae, ut aiunt, atque optimae cum primis notae ms. libro » pervulgatus est. Et quidem non putaverunt in eo laborandum viri ceteroquin eruditissimi, ut adductis argumentis falso huiusmodi *In Esaiam abbreviationem* probarent magno Hieronymo tribui. Verum neque iis notum adhuc erat S. Patris ex tempore dicendi genus; nec parva est suspicio, oscitanter ab illis codicem lustratum esse, cum solummodo « quantum oporteat ad faciendum de auctore periculum » edidisse se profiteantur, « cetera nec operae pretium esse persequi (2) », neque tamen quicquam amplius in libro ms. habeatur. Nos vero hoc sentimus, idemque peritissimis quibusque viris visum iri confidimus, tam similem esse hanc *Abbreviationem* reliquis Hieronymi tractatibus, quam ovo ovum. Praefatum codicem Veronae cum frustra quaesivissem, ab humanissimo Bibliothecae praefecto Antonio Spagnolo didici, transmissum Romam fuisse reconcinnandum; ubi me petente ab egregio amico Iohanne Mercati mense martio 1901 folia 38-42^v diligenter conlata sunt. Alterum librum ms. egomet ipse excussi, cod. Bruxell. II, 1636, saec. X, pag. 312-319 (3).

Tractatus alter in Esaiam, isque permagni aestimandus, publici nuperrime iuris factus est opera venerabilis viri D. Ambrosii Amelli, prioris et carthophylacis sacri Casinensis Archicoenobii (4). Quem quidem editor *brevem esse subitumque tractatum* iudicabat, quem adhuc iuvenis et Constantinopoli degens an. 381 de Visione

1. A. Reifferscheid, *Bibliotheca Patrum Italica*, Vindobonae 1870, t. I, p. 71.

2. Cf. Migne, P. L. t. 24, col. 15-17 et 973-8.

3. J. Van den Gheyn, *Catalogue des Mss. de la Bibliothèque Royale*, t. II (Bruxelles, 1902), p. 55.

4. S. Hieronymi Stridonensis presbyteri *Tractatus contra Origenem de visione Esariae quem nunc primum ex codd. mss. Casinensibus Ambrosius M. Amelli... in lucem edidit et illustravit*. Tipografia di Montecassino, 1901

Esaiæ Hieronymus dictaverat, *ut et experimentum faceret ingeniosi sui, et amicis iubentibus oboediret* (1). Refragatus est meus Io. Mercati (2), evicitque subitum illum tractatum anni 381 ab Epistola XVIII ad Damasum de Seraphim et calculo minime distinguendum esse; immo vero, num tractatus anonymus e Casinensibus libris mss. erutus genuinus D. Hieronymi fetus habendus esset, subdubitare se nequaquam dissimulavit. Tum ego duplici edito commentariolo (3) ostendi, Amellianum ἀνεκδόστον et ab Hieronymo auctore indubitanter manasse, et iis orationibus adnumerandum esse, quas S. Doctor anno circiter 402, cum adversus Origenistas acrius decertaret, subitas habuit. Mihi gratulor, quod utramque sententiam cuncti demum assensu acceperere; quae quidem facilius iam vera probabitur, postquam tractatum ipsum novo apparatu critico instructum hisce Anecdottis inserere cl. Ambrosii Amelli beneficio concessum est.

De Hieronymo graeco eiusque in Psalmos fragmentis.

X. Quae subnexa sunt graeca in Psalmos fragmenta ex codice Taurinensi graec. B. VII. 30, saec. ut videtur X/XI, suadente in primis praestantissimo viro Prof. Alberto Ehrhard, gustus dandi gratia exhibui. Nam et alia multa passim in graecis Catenis Hieronymo tribui (4) mihi compertum est; nec tamen ipsa paucissima, quae nunc profero, omnia vere Hieronymiana esse contenderim, licet in libro ms. ΓΕΡΩΝΥΜΟΥ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΥ ΤΕΡΟΣΟΛΥΜΩΝ constanter inscribantur, nonnullaque cum latinis S. Patris concionibus maximam habeant similitudinem. Sed mihi, fateor, nondum caligo discussa est de iis quae ad « Hieronymum grae-

1. S. Hieron. *Comment. in Is.* 6, 1. Migne 24, 93 C.

2. *Revue Biblique*, mense iul. 1901, p. 385-392.

3. *Le Nouveau Traité de S. Jérôme sur la Vision d'Isaïe* édité par Dom A. Amelli (*Revue d'Histoire Ecclesiastique*, oct. 1901, p. 810 sqq.). — *Pour l'authenticité du Traité sur la Vision d'Isaïe* (ibid., jan. 1902, p. 30 sqq.). — 35

4. Cf. I. B. Pitra, *Analecta sacra*, t. III, p. 518 et 631. — Migne Patr. Gr. t. 40, col. 845 sqq. — Codicem Coislin. 80, saec. XI, iam olim a Montfauconio nostro notatum, rogatu meo denuo evolvit vir graecarum litterarum peritissimus Henricus Omont.

cum » pertinent, atque cum laudato Professore Ehrhard (1) sentio plurima adhuc indagatione opus esse, etiam post curas a Petro Batiffol (2) et Arthuro C. Mc.Giffert (3) quaestioni illustrandae impensas. Hoc unum, quod ad propositum pertinet, dicere sufficiat, nequaquam mihi hactenus constare de altero Hieronymo, qui anno circ. 740 vixerit, Hierosolymitanus et ipse presbyter fuerit, eaque, mirum dictu, graece effuderit, quae prioris Hieronymi verissimam identidem exprimant imaginem.

De Arnobii in Evangelium Expositiunculis, quae nunc primum integrae exhibentur.

XI. Cum per modicam voluminis amplitudinem commode fieri possit, « Arnobii episcopi » Hieronymo aetate subparis *Expositiunculas in Evangelium* appendicis loco nunc primum integras (4) repraesentare libet, ex codice Universitatis Gandavensis 132, olim S. Petri Blandiniensis, saeculo XII binis exarato columnis, mihi perhumane ab egregio bibliothecae moderatore Ferdinando van der Haeghen commodato. Hoc modo fortasse magis in aperto erunt opera ipsaque Arnobii persona, quae adhuc in nocte densissima latere videbantur; nec quisquam deinceps, ultro manus dante collega meo amantissimo Beda Grundl (5), has Explanatiunculas ante Constantinum Magnum imperatorem scriptas esse defendet. Insuper multis opusculi sententiis medica manus accessit: exempli gratia, cap. 25 in Matth. pseudopropheta ille nescio quis proprio nomine AMAXOBIUS appellatur, quod adulteratum in antea editis AMAPOBIUS legebatur. Verum ad scriptiunculam lectorem remitto, quam in Benedictina Ephemeride mense ian. 1903 (XX, 64-76) de hoc argumento nuper proposui.

1. *Die altchristliche Litteratur und ihre Erforschung von 1884-1900*. Pars I, p. 214 sq. Cf. p. 356.

2. *Revue des Questions Historiques*, t. XXXIX (1886), p. 248-255.

3. *Dialogue between a Christian and a Jew*, Marburg, 1889.

4. Desiderabatur initio capitulorum index, neque adhuc enotuerant decem ultimae adnotationes in Lucae Evangelium.

5. Litteris urbanitate plenis ad me datis die 22 ian. huiusce anni 1903.

Anecdotorum labor ad tempus intermittendus.

XII. Perductis iam ad finem quae ex Hieronymi deperditis seu misere corruptis opusculis invenire primaevaeque integritati restituere contigit, ab horum Anecdotorum labore nunc superse- dendum puto, donec aliquis mihi tandem adiungatur honestissi- morum studiorum consors ac socius. Interim collectis divi- tiis felix gratusque, lector, perfruere. Ego vero in posterum omnem operam in Arelatensi meo consumam, ut qui princeps tot tantisque opibus reperiundis materiam subministravit, ab oblivione in qua diu iacuerat vindicatus ac veluti ex sene iuvenis vel postremus prodeat.

GERMANUS MORIN.

POST SCRIPTUM. Fastigio operi iam quasi imposito hisque plagulis correctis tria adhuc opuscula, quae Hieronymo in codd. mss. tribuuntur, volumini inserere visum est. Ex quibus unum quidem genuinum S. Doctoris fetum existimo, scilicet *De monogrammate*, in Apoc. 13, 18; alterum vero *De fide* perbreve est ac nondum exploratae auctoritatis, di- gnum tamen cui animum intendant eruditi. Restat tertium, *De induratione cordis Pharaonis*, de quo frequens sermo apud theologos saeculo nono cum de duplici praedestinatione disceptarent; ceterum inter apocrypha certo computandum est, nec nisi mutilum ex codice uno Metensi heic primum exhibetur. Quae omnia in extrema parte inter « Addenda » congesta reperies.

G. M.

I.
TRACTATVS
IN PSALMOS QVATTVORDECIM
NOVISSIME REPERTI.

V = Cod. Vatic. Lat. 317 an. 1554.

O = Cod. Vatic. Ottobon. Lat. 478 saec. XVI.

M = Cod. Venet. S. Marci Lat. class. I. XCIV, saec. XII.

L = Cod. Florent. Laurent. Medic. Plut. XVIII. XX, saec. XI.

SANCTI HIERONYMI
TRACTATUM IN PSALMOS
SERIES ALTERA

DE PSALMO X.

5 Quid significet *in finem*, pro quo Symmachus ἐπιτέλειον, Aquila et sexta
editio τῷ νικοπολιῷ transtulerunt, supra plenius disputatum est. Nunc ad
decimi psalmi ordinem revertamur: qui numerus et finis est et princi-
pium, in quo omnis supputatio revolvitur, cui et decalogus, hoc est, lex
prima debetur. Iustus quoque propter pecuniam Domini in evangelio
10 duplicatam huius numeri gubernandas accepit civitates. Et ut aliquid
curiosius inferam, ab hoc Iesu, id est, Salvatoris incipit nomen, et illud
ineffabile quattuor litterarum apud Hebraeos exinde habet exordium,
quod scribitur per ioth he vau he; in quem per decadas suas centesimus
numerus evolvitur, et rursus millesimus per decem crescit hecatontadas,
15 et usquequo humana ratio procedere potest, semper hic numerus et finis
est et initium, iuxta illum sensum ' Ego sum A et Ω, initium et finis '.

*In Domino confido, quomodo dicitis animae meae: Transmigra in montes
sicut passer? Qui crudas carnes agni comedunt et occidentem litteram*

DE PSALMO X] Ex codd. MOV. 5 pro quo] M; per quo OV. 8 in quo] o corr.
ex a M; in qua OV. 9 sq. propter... duplicatam] OV; qui... duplicavit M. 10 aliquid]
aliud aliquid M. 12 ineffabile] ex hoc inefabile, hoc add. sup. lin. M. exinde] om.
M. 13 ioth he vau he] vacat spatium in M. centesimus] centessimus OV. 14 evol-
vitur] OV; revolvitur M. rursus] OV; rursus M. hecatontadas] scripsi; aecatont-
tadas M; haec a tontadas O; et hecontadas V, O in marg. 15 humana ratio procedere potest]
humana procedere M 1^a manu, posterior manus add. ratio post humana, potest post procedere;
una procederet OV. 16 iuxta] corr. ex. iusta V. 17 in montes] scripsi (cf. Anecd.
Mareds. III¹ 23, 15 et III² 88, 9 sq.); in monte OV; in montem M. 18 comedunt] com-
medunt M.

6. supra plenius disputatum est] Ex hoc loco videtur Hieronymus decimum hunc psalmum post expositum psalmum IX uno tenore edisseruisse. Quod etiam innuit infra 7, 4 cum dicit 'Pauperem: illum, de quo supra dicitur *Tibi derelictus est pauper*'.

10. civitates] Luc. 19, 17.

14. hecatontadas] Hieron. in Amos 5, 3 'tertia in tertio, id est, in hecaton-

tade. Sicut enim decas decima unione completur, sic hecatontas ex decem decadibus struitur. Quartus numerus, qui millenario continetur, de decem constat hecatontadibus'.

15. et finis] Apoc. 21, 6.

18. Qui crudas carnes agni comedunt] Cf. supra Tractat. de Exodo in vigilia Paschae, p. 407, l. 23 sqq.

sequuntur, psalmum hunc super persona David intellegi volunt, quando fugit a facie Saulis, et in desertis Iudae habitare compulsus est. Et hoc aiunt ab eo dici : Licet me Saul et omnis eius exercitus habitare in patria non sinant, et errabundus et vagus more avium et bestiarum huc illucque volitem vel discurram, tamen habeo praesulem Deum, in quo confidens 5 vestras insidias non timebo. Et revera, si tantum principium legatur, non videtur eorum frivola expositio. Quod autem sequitur ' Quoniam quae perfecisti destruxerunt ' et reliqua usque ad finem cum hac expositione non congruunt. Spiritalis ergo, qui omnia iudicat, et ipse a nemine iudicatur, a Domino nostro et Salvatore dicit hunc psalmum esse cantatum 10 secundum duplicem intellegentiam, qua vel ad angelos qui ministrabant ei fuerit locutus, vel ad contrarias fortitudines, quae eum irridere ac terrere cupiebant. Si ad angelos, iste sensus est : Quid me cohortatis reverti ad caelestia, et terrena et humilia relinquentem habitare in montibus meis propter insidias diaboli et omnem eius exercitum, quem 15 adversus me intuemini concitatum? Quid vultis ut adsumam pennas deitatis meae, et humanam deseram conversationem, et securus in caelestibus degam, cum ad hoc venerim, ut in Domino, hoc est, in mea habens divinitate fiduciam, superem adversarios exultantes? Si vero ad contrarias fortitudines ei sermo est, ita intellegendum : Frustra me vestris vocibus et 20 facto contra me cuneo putatis esse terrendum, cum ad hoc venerim ut dimicem, et superem dimicando : sicut titulo quoque, iuxta Aquilam et Symmachum, psalmi ipsius demonstratur. Porro alius (quia nihil psalmus iste praecipuum habet, quod non possit etiam sub cuiuslibet iusti persona intellegi) sanctam quidem eorum qui ad Christum psalmum referunt 25 suscipiet voluntatem, sed asseret et ex prophetae, hoc est, iusti persona omnem intellegi posse contextum.

In Domino confido, quomodo dicitis animae meae : Transmigra in montes sicut passer? Callidus adversarius, et Dominum Salvatorem in eremo

1 *super persona*] M; *super personam* OV. *intellegi*] M; *intelligi* OV constanter.
 3 *eius*] om. M. 4 *avium*] aiunt V. 5 *habeo*] M; *habet* OV. 7 *quae*] M; *quem*
 OV hic et infra 5, 8 cum Rom. Psalt. 9 *qui omnia*] M; *quoniam* OV. 10 *dicit*]
 om. M, et poster. manu super *cantatum* add. *affirmat*. 11 *qua*] corr. ex quo M.
 13 *cohortatis*] scripsi, cf. adnot. Maii ap. Migne P. L. 72, 818; *coartatis* OV; *cohortamini* M.
 15 *meis*] *me*, postea expunct. M. 16 *concitatum*] M; om. OV. *adsumam*] mutat. in
assumam M; *ad summam* OV. *pennas*] *pennam* V. 17 *et humanam*] *Humanam* M,
 omisso *et*. 20 *ei*] *eius* M. 21 *cuneo*] MV, corr. in marg. ex *cum eo* O. 25 *sanctam*]
 M; *secundum* O in textu; *non solum* V, O in marg. 27 *contextum*] *contextum* O.
 28 *in montes*] scripsi, ut supra 1, 17; *in montem* M; *in monte* OV. 29 *eremo*] *heremo* M.

9. *iudicatur*] [1 Cor. 2, 15.

12. *ei*] Matth. 4, 11. *file 113*

temptavit, et sanctos quosque vult de terra exire Iudae, et habitare in virtutum deserto, ut ibi eos facilius elidat. Sed et ipsum consilium subdolum est: non enim hortatur ut pennas accipiat columbae, volucris mansuetae simplicis ac domesticae, et quae felle carere dicatur, quaeque
 5 pro Domino offertur in templo, sed pennas passeris, avis garrulae et vagae, et post educationem fetuum fidem coniugii nescientis; licet Aquila et Symmachus generaliter 'avem' pro passere transtulerint: Montes autem possumus intellegere illos, de quibus in alio loco dicitur 'Appropinquate montibus aeternis' et in psalmo graduum secundo 'Levavi
 10 oculos meos ad montes unde veniat auxilium mihi': et ad quos, postquam abominatio desolationis in loco sancto steterit, migrare debemus.

Quoniam ecce peccatores tetenderunt arcum, paraverunt sagittas suas in pharetra, ut sagittent in obscuro rectos corde. Pro quo in hebraeo scriptum est 'Quia ecce impii tetenderunt arcum, posuerunt sagittam super nervum,
 15 ut percuciant in obscuro rectos corde'. Propterea, inquit, me vultis migrare ad montes, quoniam peccatores sive impii ardentes paraverunt sagittas, quae scuto fidei repellendae sunt. Et in pharetris suis habent iacula ad percutiendos iustos, non in die, non in nocte sublustri, cum tenebrae lunae solacio temperantur, sed quando nox plena est, et tangibiles
 20 tenebrae, id est, ψηλαφητόν σκοτός. Scitote ob hoc ipsum me vestra non audire consilia, quia ad pugnandum adversarii praeparati sunt, et non tam me, quem superare non possunt, quam iustos meos cupiunt vulnerare; propter quorum salutem cum de caelo venerim, non debeo eos orphanos

1 temptavit] M; tentavit OV. quosque] M; quoque OV. 5 sed] scripsi; set M; sed et OV, ubi vocula et certo redundat. 6 fetuum] joetuum M. 7 avem] V, O in marg; corr. ex autem M. pro passere] MO; pro passer V. transtulerint] M; transtulerunt OV. 8 Appropinquate] V, corr. ex appropinquante MO. 11 abominatio] abhom. M. 13 pharetra] M; far. OV. 14 tetenderunt] OV, te suppl. sup. lin. M. sagittam] M; sagittas OV. 15 inquit] t corr. ex d, et sic saepissime M. 17 pharetris] M; far. OV. 18 sublustri, cum] sub lustricum OV. 19 et] M; om. OV. tangibiles] V, O in marg; tangibilis M, O in textu. 20 ψηλαφητόν] scripsi; ΝΑΩΦΗΤΟΝ cod. M, in quo saepe confunduntur N et H, Ω et Α; ΝΩΦΗΤΟΝ cod. V; vacat spatium in O. 21 non tam] M; particulam negantem om. OV. 22 quem] MV; cor. in marg. ex quae O. quam] item in marg. corr. ex qui O. cubiunt] MO; capiunt V. 23 orphanos] orfanos M.

2. *facilius elidat*] Hieron. Commentariol. huius ps. 23, 15 'Vult iustum ad desertum migrare, ut ibi eum facilius elidat.'

9. *aeternis*] Mich. 2, 9 iuxta LXX.

10. *mihi*] Ps. 120, 1.

11. *debemus*] Matth. 24, 16.

15. *corde*] Psalt. hebr. Hieron. 'Quia ecce impii tetenderunt arcum, posuerunt sagittam suam super nervum, ut sagittent in abscondito rectos corde'. Cf. pag. seq. l. 1: 'posuerunt sagittam suam super nervum'.

15.

relinquere. Ecce enim, ut dicitis, posuerunt sagittam suam super nervum, et volunt pueros meos filios pubertatis adulescentulos meos dulcibus capere inlecebris voluptatum. Virtus enim diaboli omnis in lumbis est : quam ob causam etiam, cum Iacob mecum congrederetur in lucta, marcescere, id est, sicari feci *γλαφυρόν* ipsius. Quia ergo in tenebris 5 volunt percutere rectos corde, loquatur iustus meus et dicat : ' Lucerna pedibus meis verbum tuum Domine, et lux semitis meis '. Ego autem stans in acie et in procinctu positus initum non omitto certamen, maxime cum dicatis eos tetendisse arcum, sagittas in pharetra praeparasse, velle sanctos meos in tenebris vulnerare, et tamen necdum potuisse percutere. 10 Tetenderunt enim arcum, paraverunt sagittas in pharetra, ut sagittent in obscuro rectos corde. Cum ergo ita sint praeparati, ego me opponam medium, ego illorum excipiam sagittas, ut meo servi mei dolore non doleant, meis sanentur plagis, me patiente non patiantur, et dicant : ' Domine ut scuto bonae voluntatis tuae coronasti nos '. Sed et aliter intellegi 15 potest: quod haereticae vel contrariae fortitudines per haeticorum dogmata intenderunt blasphemias suas, et iustos meos varia cupiunt fraude decipere. Sunt enim sagittarii, qui per occasionem tenebrarum suarum, quae illi recondita intellegunt sacramenta, recta iustorum volunt corda percutere. Propterea mihi et sanctis meis ad sublimia scripturarum testi- 20 monia transmigrandum est, ut et in evangelio scribitur: ' Si te percusserit in dexteram, praebe ei et alteram '. Non ait, praebe ei sinistram, sed

3 *inlecebris*] V; *in celebris* O; *illocebris* M. *voluptatum*] V, corr. ex *voluptatem* M; *et voluptatum* O. 5 *id est*] OV; *et* M. *sicari*] *sicari* OV. *γλαφυρόν*] scripsi; ΤΑΩΤΥΡΟΝ cod. M; ΝΑΩΤΥΡΟΝ Vatic; in O spatium relictum est vacuum; vir cl. Ericus Klostermann coniecit τὸ νεῦρον. 8 *et in*] M; OV om. *in*. *initum*] corr. ex *inito* M. 9 *tetendisse*] MV, corr. ex *tetendisset* O; cf. supra lect. var. ad 1, 15. *pharetra*] M; *far*. OV. 10 *necdum*] M; *nondum* OV. 13 *medium*] MV, corr. ex *medio* O. *meo*] M; *in eo* OV. *dolore*] M; om. OV. 16 *fortitudines*] *e* ex *i* corr. M; *fortitudinis* OV; cf. infra 13, 22. 17 *intenderunt*] OV; *intenderint* M. 18 *qui*] V, O in marg; *ut* M, O in textu. 22 *dexteram*] *maxillam* add. M, quae vox postea expuncta est. *ei sinistram*] M; *eis sinistram* OV.

3. *in lumbis est*] Iob 40, 11. Cf. Hieron. ep. 22, 11 'Omnis igitur adversus viros diaboli virtus in lumbis est: omnis in umbilico contra feminas fortitudo'; Com. in Ezech. 16, 4 'loquitur de diabolo *Virtus eius in lumbis eius...* adversus viros virtutem habet in lumbis, adversus feminas in umbilico'. Item in Is. 15, 4 sq.

5. *ipsius*] Gen. 32, 32.

7 *meis*] Ps. 118, 105. Item ad hunc versum Hieronymus in Commentariol. 'Quapropter iustus aiebat: *Lucerna pedibus meis verbum tuum Domine*'.

15. *nos*] Ps. 5, 13.

16. *fortitudines*] De usu huius vocabuli apud Hieronymum ad significandos daemones, cf. H. Goelzer 'Latinité de S. Jérôme' p. 231.

22. *alteram*] Matth. 5, 39.

alteram. hoc est alteram dexteram, quia nihil in se iustus sinistrum habet. Si te, inquit, in uno scripturarum testimonio conturbaverit, tu eum de altero supera, et imple illud quod in alio psalmo scriptum est 'Abys-
sus abyssum invocat in voce cataractarum tuarum': ut utrumque
5 testamentum sibi invicem praesidio sit, atque taliter haereticorum deci-
pula oppositione alterius dexteræ et transmigracione in montes et abyssi
ad abyssum invocatione frangatur.

Quoniam quae perfecisti destruxerunt. Et hoc qui supra adhuc vel ad
iustum quemlibet vel ad Dominum loquuntur: Propterea tibi ad caelestia
10 revertendum est, quoniam et tam fortiter ad dimicandum parati sunt
adversarii, et quaecumque tu extrues, illi demoliuntur. Praecepta enim tua
et scriptam legem in corde credentium cotidie subruunt, et suadendo
diversa subvertunt. *Iustus autem quid fecit?* Quod varie intellegitur.
Sive super persona quidem iusti, hoc modo: Illis leges Dei destruere
15 nitentibus, iustus nihil dignum fecit ruinae, et frustra eorum patitur
insidias; vel certe illis adversantibus, et destruere Dei mandata conan-
tibus, iustus hoc solum facit, ut eius deprecetur auxilium, qui habitat in
templo sancto suo, cuius in caelo thronus est, cuiusque oculi respiciunt
pauperem, ut eum de insidiis eruat praeparatis. Super persona vero Dei hoc
20 modo: Licet adversarii ad praeliandum praeparati sint, et insidientur in
abscondito quasi leo in cubili suo, ut in occultis interficiant innocentem
et destruant templum Dei, tamen Dominus habitat in templo sancto suo,
et numquam ei vel templum vel solium deest, quia aliis ruentibus surgunt
alii. Unde in consequentibus scribitur:

25 *Dominus in templo sancto suo, Dominus in caelo sedes eius.* Sedem, id
est, thronum Dei iuxta consuetudinem scripturarum pro regno intelle-

2 *inquit]* *inquit* M, et sic fere constanter. 3 *imple]* M; *impelle* OV. 5 *taliter]*
legendum puto; *talia* codd. Confer S. Bened. Reg. c. 65 'qui talius inordinationis se fecerunt
auctores' ubi ipsum adiectivum ad normam pronomini 'alius' inflectitur. 8 *quae]* M;
quem OV, ut supra 2, 7. 9 *loquuntur]* MV; *locuntur* O. 11 *tu extrues]* M; OV
om. *tu*. 13 *diversa]* MV; *diversas* O, cf. supra 4, 22. 14 *super persona]* OV; *s. per-*
sonam M, cf. contrarium supra 2, 1. 15 *nitentibus]* OV, M corr. ex *denitentibus*.
eorum patitur] OV (*pati-tur* O); *patitur eorum* M. 16 *Dei mandata]* OV; *mandata dei*
M. 17 *facit]* M; *fecit* OV. 19 *ut eum de]* M; *ut de* OV (*ut* suppl. sup. lin. O).
20 *sin]* M; *sunt* OV. *insidientur]* MV, corr. ex *insidienter* O. *in abs.]* M; *an*
abs. OV. 21 *ut]* om. M. 22 *sancto]* M; om. OV. 26 *regno]* OV; om. M.

1. *sinistrum habet]* Cf. Hieron. supra
III² 117, 14 et 264, 24.

4. *tuarum]* Ps. 41, 8. Haud aliter
S. Doctor supra III² 55, 1 et 413,
4 sqq.

5. *decipula]* Vox ab Hieronymo mi-
nime aliena, uti videre licet ap. Goelzer.
op. cit. p. 92.

26. *pro regno intellegamus]* Cf. supra
III² 74, 23.

gamus, ut ibi: ' Dabit ei Deus thronum David patris sui'. Et alibi: ' Cum iustitia praeparatur thronus principatus'. Et: ' Quando rex iustus sederit super thronum'. Dominus in templo sancto suo, Dominus in caelo sedes eius. Antequam corporeum templum a Salomone construeretur, scit propheta templum Domini spiritale et in caelo thronum eius. Ubi 5
quaeritur, quomodo alibi dicatur ' Caelum mihi thronus est'. Quando in caelo thronus est Domini, thronus eius circumdatur caelo, et in parte caeli thronus est Domini; quando caelum est thronus Domini, totum caelum in thronum Domini vertitur. Ex quo secundum ἀναγωγὴν Domi-
nus habitans in templo sancto suo, id est, in anima credentis, aut in parte 10
eius habitat aut in toto. Quando adhuc imperfecti sumus, et est in nobis et boni aliquid et mali, in parte tantum animae nostrae habitat Deus, hoc est in caelo. Quando vero consummati et perfecti sumus, toti in habitaculum Dei vertimur, et efficimur caelum thronus eius. Templum autem proprie Dei, aut Dominus noster et Salvator intellegitur, qui ait ' Ego 15
in Patre et Pater in me': aut is homo qui a Salvatore adsumptus est, aut generaliter ecclesia, aut specialiter unusquisque sanctorum.

Oculi eius in pauperem respiciunt, palpebrae eius interrogant filios hominum. Adversus eos qui iram Dei et furorem simpliciter accipiunt, palpebras Domini et oculos proponamus. Si enim illa ἀνθρώποισιν ἰδῶς intellegunt, 20
et haec similiter accipere cogentur. Quod si absurdum est in Domino omnipotente oculos et palpebras ponere, spiritalem aliquam interpretationem pro ira quoque et furore aequae cogentur inquirere. Valde quippe ineptum, non et illa et haec vel spiritualiter vel carnaliter similiter intellegi. Unde hoc

2 *thronus*] corr. ex *thronos* M. 5 *spiritale*] *spirituale* OV constanter. 6 sq. *Quando in caelo* etc] Tota periodus in OV corrupta est ob homoeoteleuton *thronus est Domini*.
8 *quando caelum est thronus Domini*] OV; *quando vero caelum thronus est Domini* M suppl. in marg. 9 ἀναγωγὴν] ONAΩTHN cod. V; intervallum vacuum in O. 10 *habitans*] M; *habitat* OV. 11 *imperfecti*] OV; *in profectu, u* corr. ex *o*, M. 13 *consummati*] *consummati* codd. 15 *proprie*] *propriae* OV et sic saepissime. 16 *adsumptus*] *asumptus* OV; *assumptus* M. 19 *Adversus*] OV; *adversum* M. 20 *proponamus*] M; *proponimus* OV. *enim*] M; om. OV. ἀνθρώποισιν ἰδῶς] scripsi; ΩNOPΩΠΠΩΑΩC cod. M; ΩNOPΩΠΠΩC cod. V; vacat vocis intervallum in O. 21 *cogentur*] M; om. OV. *si*] suppl. postea sup lin. V. 22 *ponere*] om. M, quapropter corrector sermonis seriem inter lineas Marte suo restituit; O verbum suppl. in marg; *ponero* V. 24 *vel s. vel c.*] OV; *spiritualiter et carnaliter* M. *Unde*] scripsi; *an de* M; *an* OV, nota *un* perperam lecta.

1. *sui*] Luc. 1, 32.
2. *principatus*] Prov. 16, 12 iuxta LXX.
3. *thronum*] Prov. 20, 8 item sec. LXX.
4. *corporeum templum*] Cf. supra 331, 36 'relinque patrem corporeum' et 169, 6 'si in navi nostra corporali'.

Alium locum adfert H. Goelzer, Latinité de S. Jérôme, p. 272.
6. *est*] Is. 66, 1.
16. *in me*] Io. 14, 10.
19. *simpliciter accipiunt*] Animum refer ad Commentariol. 7, 22 et 51, 12.

in loco isto sentiendum est, quod iustus adversariorum impetum non formidet, habens auxiliatorem Deum, qui universa contempletur et videat, et non sinat pauperem suum eorum fraudibus decipi et iaculis vulnerari. Pauperem : illum, de quo supra dicitur 'Tibi derelictus est pauper'.
 5 Simulque observandum, quod oculos suos Deus apertum iudicium inferendo humili aperit auxilio, licet sit unus et pauper, eumque suo semper tueatur aspectu. Ubi vero iudex est, et qui iudicantur filii hominum sunt (appellari enim Dei filii non merentur), ibi non oculis suis respicit, sed palpebris requirit, conivens quodammodo et dissimulans, et nolens scire
 10 quod novit. ' Si enim iniquitati, ait, attendas Domine, quis sustinebit?' Palpebras ab eo quod moveantur et palpitent appellari Varro tradit, hoc est ὀνομαστοποιῶς.

Dominus interrogat iustum et impium : qui autem diligit iniquitatem, odit animam suam. Pro quo melius scriptum est in hebraeo : ' Dominus
 15 iustum probat, impium vero et diligentem iniquitatem odit anima eius'.
 Ut sit sensus cum superioribus copulatus : Frustra adversarii praeparantur, ut sagittent in obscuro rectos corde, et cetera ; quia Dominus iustus iudex est, et nihil eum celare potest, et utrumque facit, ut et iustos suos temptando probet, et eos qui impii sunt oderit. Impium et diligentem iniquitatem odit anima eius : hoc est, odit eos toto corde et tota anima sua.
 20 Animam autem iuxta oculos et palpebras intellegamus, secundum illud : ' Neomenias et dies festos et sabbata vestra odit anima mea'. Porro iuxta Septuaginta qui dicunt, Dominus interrogat iustum et impium, alius longe sensus est : quod ipse iustorum impiorumque est iudex,

1 sentiendum est] OV ; sciendum M, om. est. 3 eorum fraudibus] M ; in marg. O notatur als eorum fraudibus' ; fraudes V, O in textu, om. eorum. 5 apertum] OV ; aptumque M.
 6 auxilio] sup. lin. mutat. in auxiliando M. licet sit... eumque] O in marg : 'Puto sic legendum, scilicet ut eum.' 8 appellari e. D. filii] MV, O in marg ; appellare e. D. filium O in textu. respicit] scripsi ; respiciet MOV. 9 conivens] ita certe cod. M ; connivens OV. 10 Si enim iniquitati... sustinebit?] O in marg : ' Sic puto legendum De talibus enim ait, Amen dico vobis vescio vos' ! attendas] M ; attendas OV. 11 appellari] appellari M. 12 ὀνομαστοποιῶς] conieci ; ΩΠΟΤΟC codd. MV ; vacat spatium in O. Conf. infra 12, 16 ubi ex verbo στελλογραφίαν non remanserunt nisi litterae στεφῶων. 16 Ut sit] scripsi ; Ad sit M^v, postea mutat. in assit M ; adsit O (cf. lect. var. ad 6, 24.) 17 corde] M ; om. OV. iustus] M ; meus OV. 18 celare] M ; latere OV, cf. supra III¹ 95, 20 ' nihil celare te potest' et III² 109, 9 ' nihil te celat'. 21 Animam] OV ; anima M. iuxta] M ; istam V, O in textu ; ' alias iustam' O in marg.

4. pauper] Ps. hebr. 10, 14. Cf. adnotat. initio huius psalmi 1, 6.
 10. sustinebit ?] Ps. 129, 3.
 11. Varro tradit] Idem ex Varrone

apud F. Lactantium, De opif. Dei, c. 10.
 15. eius] Ita Psalt. hebr. Hieronymi.
 22. mea] Is. 1, 13 sq.

et quod impii iudicandi sunt, in eo quod diligant iniquitatem, oderint animam suam. Et quodammodo syllogismi extrema pars nectitur, quae vocatur conclusio. Licet enim neget se quis odisse animam suam, tamen ex eo quod diligit iniquitatem, eam odisse convincitur. Ut Salomon quoque in Proverbiis loquitur: 'Qui repellit disciplinam, odit seipsum'. 5 Si autem qui diligit iniquitatem odit animam suam, e contrario qui diligit iustitiam amat animam suam, iuxta illud: 'Qui possidet prudentiam, diligit seipsum'. Unde et Salvator ait: 'Qui diligit me, mandata mea custodit'. Ipse est quippe iustitia. Nec vero putandum secundum (Septuaginta interpretes quod contrarium aliquid nunc dicatur, Dominus inter- 10 rogat iustum et impium, illi quod in primo psalmo scribitur 'Ideo non resurgent impii in iudicio': quia quomodo inter iustos sic et inter impios diversitas est, et sicut iusti differentes possident mansiones, sic et impii perfecti in malitia et iniquitate et tota adversus Dominum mente pug- nantes in iudicio non resurgent; alii vero impii, qui pro peccatoribus 15 nonnumquam intelleguntur, quia minoris malitiae sunt, Dei iudicio reser- ventur.

Pluet super peccatores laqueos. Haud dubium quin Dominus: pro ipsis quoque peccatoribus faciens, ut qui male libertate sua abutebantur, Domini laqueis irretiti, sub eius quasi freno recto itinere gradientur, et 20 possint per eum incedere qui dicit 'Ego sum via'. Unde et piscatores mittuntur et venatores in Hieremia, ut pisces vagos et in gurgitibus fluctuantessuis retibus teneant, et in omnibus montibus et collibus bestias oberrantes capiant in salutem. Non igitur, ut multi aestimant, ex hoc versiculo et ex sequentibus supplicia peccatoribus sed remedia promit- 25 tuntur. *Ignis sulphur et spiritus procellarum pars calicis eorum.* Dicitur ad Babylonem: 'Habes carbones ignis, sedebis super eos, et erunt tibi

1 oderint] et oderint OV, item M poster. manu, sed constructio *iudicandi sunt... oderint* ex contextu retineri posse videtur: cf. infra, Tract. de Ps. LXXXVIII 'credimus... redeamus'; Tract. de Ps. LXXXIX 'Sicque fit... inferatur'. 2 syllogismi] sillogismi O; sollogismi V, corr. ex sollig. pars] V, O suppl. in marg; pras M. 7 amat] M; diligit OV. 9 putandum] OV add. est. 11 et impium] M; om. OV. 14 Dominum] MV, O corr. in marg. ex omnium. 15 pro] MV, O suppl. sup. lin. 16 Dei] MV, corr. in marg. ex dum O. reserventur] ita omnino codd. modo coniunctivo. 20 Domini] M; dum OV: cf. supra l. 16. irretiti] OV add. sunt. 23 retibus] rretibus O. 24 aestimant] OV; extimant M. 27 Habes] M, gr. ἔχεις ἀνθρώπους; habens OV.

5. odit seipsum] Prov. 15, 32. LXX
8. diligit seipsum] Prov. 19, 8. LXX.
9. custodit] Cf. Io. 14, 21.
12. iudicio] Ps. 1, 5.
20. recto itinere gradientur] Hieron.

Tract. de ps. LXVI 33, 13 'gentes quae ante non recto itinere gradiebantur'.
21. via] Io. 14, 6.
22. in Hieremia] 16, 16.

in adiutorium'. Horum carbonum ignem in flammam sulphur exsuscitat; quae flamma rapiente vento tempestatis turbine ventilatur, ut quicquid in auro nostro sordidum est, quicquid et secundum Hiezechielis prophetiam argentum in nobis, aes, stagnum, plumbumque consumens, nos redigat
 5 in aurum. Unde et in Esaia scribitur: 'Lavabit Dominus sordem filiorum et filiarum Sion, et sanguinem mundabit de medio eorum spiritu iudicii et spiritu combustionis'. Et in Malachia: 'Ecce Dominus ingreditur quasi ignis conflatorii et quasi herba fullonum, et sedebit conflans quasi aurum et argentum populum suum'. Calix peccantium plenus est igne,
 10 sulphure et spiritu tempestatis. 'Calix vini meri plenus mixto' de quo 'bibent omnes peccatores terrae'. Ego arbitror, quia de hoc calice ignis et sulphuris Sodoma biberat, propterea de ea prophetari per Hiezechielem: 'Restituetur Sodoma in antiquum'. Et in evangelio: 'Tolerabilius terrae Sodomorum'. 'Non enim vindicabit Dominus bis in idipsum'.
 15 Unde et Lazarus qui receperat peccata sua in vita sua, et biberat calicem furoris Domini, in sinu Abrahae bibit illum calicem de quo scribitur: 'Calicem salutaris accipiam, et nomen Domini invocabo'. Suppliciorum calicem et Hierusalem biberat in remedium suum; unde dicitur ad eam: 'Exurge exurge Hierusalem, quae bibisti calicem ruinae, poculum furoris'.
 20 Et Hieremias hunc eundem calicem vini meri de manu accepit Domini, ut det bibere Hierusalem, et in omnibus in circumitu nationibus; qui bibentes vomunt, et corruunt, et fracta superbia in paenitentiam prosternuntur.

Quoniam iustus Dominus et iustitias dilexit, aequitatem vidit vultus eius. Pro quo in hebraeo habet: 'Quoniam iustus Dominus et iustitiam
 25 diligit, aequitatem videbunt facies eorum'. Iustus, inquit, est Dominus

1 *exsuscitat*] OV; *exusc.* M. 2 *turbine*] M; *et turb.* OV. 3 *et*] M; om. OV.
 3 12 *Hiezech.*] M; *Ezech.* OV. 4 *aes*] scripsi, iuxta Ezech. 22, 18. 20; *es* M; *est* OV.
 5 *in Esaia*] *in ysaya* M; *Esaías* OV. *scribitur*] M; *scribit* OV. 8 *herba*] *h* suppl. sup. lin. M. 11 *bibent*] corr. in marg. ex *biberunt* O. *Ego*] *hoc* add. O, quod tamen mox expunctum est. 12 *propterea*] M, O in textu; *et propt.* V, O marg. 13 *Restituetur*] *Restituerunt* M postea corr., OV. *Sodoma*] M; *Sodomam* OV. 14 *vindicabit*] M optime; *iudicabit* OV. 15 *receperat*] *reciperat* codd.; O postea correctus est. 19 *quae bibisti*] M, gr. ἡ πιόσση; *qui bibisti* V; *qui bibistis* O. *poculum*] M; *populum* OV.
 21 *in omnibus*] MO; V om. *in*. 22 *in paenitentiam*] *m* om. OV. 23 *iustitias*] *iustitiam* OV.

1. *adiutorium*] Is. 47. 14 sq. iuxta LXX.

3. *Hiezechielis*] 22, 18.

7. *combustionis*] Is. 4, 4.

9. *suum*] Malach. 3, 2 sq.

11. *terrae*] Ps. 74. 9.

13. *in antiquum*] Ezech. 16, 55.

14. *Sodomorum*] Matth. 10, 15.

14. *in idipsum*] Nahum 1, 9 sec. LXX.

17. *invocabo*] Ps. 115, 13.

19. *furoris*] Is. 51, 17.

20. *Hieremias*] 25, 15 sqq.

25. *eorum*] Psalt. hebr. Hieron. 'Quoniam iustus Dominus, iustitias dilexit: rectum videbunt facies eorum'.

ob supra dictas causas: quia et iustum in praesenti saeculo temptationibus derelinquens non punit sed probat, et impium diligentem iniustitiam odit animā eius. Aliud quippe est peccare carnis necessitate superatum, aliud in affectum transire peccantis. Unde et tales homines, quorum cor impaenitens est, odit anima Dei. Et quia super peccatores pluit laqueos, 5 et dat eis bibere poculum cruciatuum quod merentur, iustus ipse Deus amat iustitias. Sicut enim unus est verus Deus, et si multi sunt dii qui participatione illius appellantur, et unus est filius Dei unigenitus, alii autem adoptione vocantur; sic et una est vera iustitia, ut in Proverbiorum exordio scribitur, sed ex communicatione eius plures iustitias appellatas 10 diligit Dominus. In eo vero quod ait, Aequitatem vidit vultus eius, id est Dei, ut sit sensus, Ea quae recta sunt iudicat; in hebraeo secundum illam intellegentiam dicitur: Hi ipsi qui iudicabuntur, tam iusti quam impii et peccatores, videbunt iustitiam Dei, et aequitatem Domini illorum facies contemplabuntur, et dicent 'Iustus es Domine, et rectum iudicium 15 tuum'.

DE PSALMO XV.

Tituli inscriptio ipsi David. Pro quo quinta editio ipsum verbum hebraicum posuit 'MATHAM David': quod Aquila interpretatus est 'humilis et simplicis David', Symmachus 'humilis et immaculati David'. 20 Et ipse rursus Aquila in quinquagesimo quinto psalmo et in ceteris usque ad quinquagesimum nonum hoc ipsum vertit, ut diceret 'humilis perfecti David'. Ex quo intellegimus, unum verbum et simplicem et immaculatum et perfectum sonare, ita tamen ut semper singulis humilitas praeponatur; quod apud hebraeos compositum est ex duobus integris, 25 ut quomodo dicimus, omnipotens, duo vocabula in uno sermone concludentes, ita et verbum MATHAM in syllaba quae appellatur MAC humilitatem sine ambiguitate demonstret, in sequenti autem quae dicitur THAM tria quae supra diximus sonat. Sex autem psalmi sunt, ni tamen

1 temptationibus] M; tent. OV. 2 derelinquens] M; derelictum OV. 4 peccantis] codd., pro peccandi? 6 cruciatuum] cruciatum V. Deus] M corr. ex dei; dei item OV. 7 et si] OV; M om. si. 8 appellantur] M; appellentur OV. et] OV; ita et M. 9 ut in] M; et in OV. 13 iusti] OV; iustus M. 17 DE PSALMO XV] Ex iisdem codd. MOV. 18 Tituli i. i. David] praetermisit M. 19 MATHAM] MV; om. O. 20 immaculati] immaculati MO; immaculatus V. 26 concludentes] concludens V. 27, 29 MATHAM... MAC... THAM] vacuo tantum intervallo indicantur in O. 29 sonat] codd., pro sonet? ni] OV; nisi M.

9. Proverbiorum] 1, 3 secundum LXX

δικαιοσύνην ἀληθῆ.

16. tuum] Ps. 118, 137.

20. David] Eadem ex Hexaplis proferuntur in Commentariol. 25, 13 sqq.

fallimur, qui hoc titulo praenotantur : quintus decimus psalmus, et quinquagesimus quintus, et quinquagesimus sextus, et quinquagesimus septimus, et quinquagesimus octavus, et quinquagesimus nonus. Qui omnes referuntur ad dispensationem et passionem Domini nostri Salvatoris :
 5 et cum addita quaedam inter se in praescriptionibus suis habeant vel detracta sive variata, in hoc tamen uno sermone consentiunt, id est, in tituli inscriptione, quod nunc solum in quinto decimo psalmo ponitur. In reliquis enim quinque quaedam et historiae praeponuntur, ut prophetia super Domino Salvatore non solum verbo sed etiam opere monstra-
 10 retur. Sex autem ob hanc causam puto esse psalmos qui hoc mysterium contineant et tali titulo praenotentur, quia Salvator in sexta die mundi pro omnibus crucifixus moriens et resurgens hunc nobis quasi victoriae suae titulum dereliquit; ut psalmos istos qui his praescriptionibus adnotantur describamus in cordibus nostris, et ingeramus in illis eloquia Dei,
 15 et mentes nostrae mortis dominicae memores sint; ut quomodo Iacob fecit Racheli titulum et usque hodie permanet, ita nos passionis illius titulum et memoriam in nostro corde signemus. Neque vero illud expositioni nostrae putetur adversum, quod Dominus in lege praecepit: ' Non facies tibi titulum, quae odit Dominus Deus tuus ' ; sed ad singularem numerum tituli pluralem generis neutralis iunxit dicens, Quae odit Dominus
 20 Deus tuus, id est, non facies talia opera, quae in condemnationem tuam maneant in aeternum. Haec enim odit Dominus Deus tuus. Tales titulos si forte per negligentiam nostram ille qui zizaniam superseminat in terra repromissionis extruxerit, iubent filiis Israel *διορατικοί*, videlicet magistri,
 25 stri, ut evertant illos et subruant et de terra quae lacte et melle fluit ex-

1-3 *quintus decimus... et quinquagesimus nonus*] Locus in M pessime habitus : *Quinto decimo. Quinquaginta quinto. Quinquaginta sexto!* 4 *nostris*] OV ; om. M. 7 *in quinto*] OV ; M om. in. 8 *et historiae*] V, corr. ex *et historice* O (cf. III¹ 52, 6) ; M om. et. 9 *Domino Salvatore*] M ; accusativo OV. 13 *praescriptionibus*] M ; *scriptionibus* OV. 14 *Dei*] M ; *Domini* OV. 18 *Non facies tibi titulum quae odit*] M, graec. οὐ ποιήσεις σεαυτῶ... στήλην, ἃ ἐμίσησε ; *Non facietis quae* OV corrupte. 21 *in condemnationem tuam*] ablativo OV. 22 *Haec*] M ; *hoc* OV. 23 *qui*] om. M. *zizaniam*] M ; *zizania* OV. in] OV ; a M. 24 *extruxerit*] OV ; *extraxerit* M. *iubent filiis*] OV ; *iubentur filii* M. *διορατικοί*] scripsi ; ΔΙΟΠΑΤΙΚΑΙ codd. MV ; om. O.

16. *usque hodie permanet*] Legesis adnotat. III² 19, 24.

19. *tuus*] Deut. 16, 21 sq.

25. *exterminent*] Cf. Num. 33, 52. Qui autem hic *διορατικοί* appellantur a tractatore, alibi quoque, cum in Scriptura de *Videntibus* sermo est, Hiero-

nymo iidem sunt ac *magistri*, v. gr. Comment. in Is. 30, 10 ' *Qui dicunt Videntibus, Nolite videre... Ecclesiarum loquuntur magistris : Nolite nobis videre quae recta sunt... si aversetur austeritatem magistrorum* '

terminent. Talem titulum et Abessalon inane sibi extruxit sepulchrum; qui usque hodie permanet in dedecus et testimonium parricidae. In talem titulum versa est et uxor Loth, quia non priora sed post tergum voluit aspicere.

Post haec quaeritur, cur Septuaginta interpretes aliter quam in hebraeo 5 et apud ceteras editiones est transferre voluerunt. Quod et de multis aliis locis, sed maxime de praescriptione noni psalmi intellegi potest. Qui cum apud hebraeos praenotetur LAMANASSE ALMUTH LABEN, quod interpretatur Symmachus 'triumphus adolescentiae filii', quinta autem editio 'triumphus florentis iuventutis filii', Septuaginta inter- 10 pretes, nolentes tam aperte Ptolomaeo regi et gentibus passionem et resurrectionem prodere Salvatoris, transtulerunt 'In finem pro occultis filii': et ex ipso titulo demonstrantes, quaedam occulta latitare, quae transferre noluerint. Ita et nunc quia humilitas simplicitas immaculatio atque perfectio non hominem (nullus est enim qui hoc se audeat titulo 15 praenotare) sed Dei filium demonstrabant, idcirco *στηλογραφίαν*, hoc est, dignam rem quae titulo notaretur transferre voluerunt; ut aliud intellegeremus clausum in titulo, aliud in voce prolatum. Titulus autem et viris fortibus ponitur in sepulchris ad memoriam pristinae fortitudinis, et his qui occubuere pro patria, et ubicumque trophaea sunt atque victo- 20 riae, et ubi leges publicae describuntur. Quorum omnium super persona Domini Salvatoris facilior interpretatio est.

Custodi me Domine, quoniam in te speravi: dixi Domino, Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges. Si unus apostolus interpretaretur hunc psalmum, si duo, grandis et unius et duorum esset auctoritas. 25

1 *Abessalon*] scripsi; *Abesalon* O in marg; *Absalon* MV, O in textu. *inane... sepulchrum*] OV; *inani... sepulchro* M. 3 *quia*] M; *qui* OV. *post tergum*] *postergum* codd., M postea correctus est. 8 *LAMANASSE*] M; *LAMMANASSE* OV. *ALMUTH*] MO; *ALAMUTH* V. 11 *passionem*] OV interponunt *et testimonium parricidae*, quae verba in M non comparent, et ex lin. 2 supra perperam huc intrusa sunt. 13 *quae*] corr. ex quem O. 14 *noluerint*] M, O in textu: *noluerunt* V, O in marg. *simplicitas*] M; om. OV. 15 *est enim*] M; *enim est* OV. 16 *στηλογραφίαν*] scripsi; *CTHAIΓΡΑΦΤΩΝ* cod. M; *CTHΦΙΩΝ* Vatic; om. O. 20 *sunt*] OV; om. M. 22 *facilior*] V, O in marg. corr. ex *facilius*; *facilis* M. Conf. Hieron. Epist. 64, n. 6 'multoque facilior est super Domino interpretatio'. 23 *Custodi*] M, cf. infra 13, 24; *conserua* OV. 24 *meorum*] om. M.

2. *qui usque hodie permanet*] En novum tibi de Absalonis sepulcro documentum cum Fl. Iosephi (*Αρχαιολογ.* VII, x, 3) testimonio conferendum.

11. *Ptolomaeo regi*] Cf. adnotat. ad

Tract. de ps. VIII 26, 4 et Commentariol. 22, 1.

14. *immaculatio*] Vox, ni fallor, apud Hieronymum nondum a lexicographis notata.

Nunc vero (quod in nullo de psalmis scriptum est) super hoc in Actibus apostolorum repperimus, quod Petrus cum Christi apostolis, iam cum Mathias in duodecim pro Iuda fuerat adsumptus, interpretans levaverit vocem suam, et post multa dixerit: 'Viri fratres, liceat audenter dicere
 5 ad vos de patriarcha David, quoniam et defunctus est, et sepultus est, et sepulchrum ipsius est apud nos usque in hodiernum diem. Propheta igitur cum esset, et sciret quia iureiurando iurasset illi Deus, de fructu lumbi eius sedere super sedem eius, providens locutus est de resurrectione Christi, quia neque derelictus est in inferno, neque caro eius vidit
 10 corruptionem. Hunc Iesum resuscitavit Deus, cuius nos omnes testes sumus.' Cum ergo omnes pariter apostoli ad Dominum Salvatorem psalmum istum retulerint, nobis, qui christiani esse volumus, utique illorum sequenda sententia est. Nec mirum quod ille, qui erat aequalis Deo et se humiliavit formam servi accipiens, servi vocibus nunc loquatur.
 15 Unde et in ipso titulo humilis et simplex et immaculatus perfectusque perscribitur: quia qui nullius indigebat auxilio, in tantum se humiliavit, ut pro nobis, pro ecclesia, id est, pro corpore suo Dominum precaretur. Et re vera grandis humilitas est, Deum rogare pro hominibus, Dominum rogare pro servis, sanctum pro peccatoribus: ut non solum in servis suis
 20 ipse et vestitum et potatum et visitatum esse se dicat, sed etiam cum illi rogaverint et exauditi fuerint, se rogasse et auditum esse fateatur. Assumens igitur corpus humanum, vidit contrarias fortitudines, vidit et exercitum diaboli facto adversus se cuneo dimicare; et propterea nunc dicit: Custodi me Domine, nisi enim custodieris meum corpus, eccle-
 25 siam quae in te sperat, in vanum vigilant qui custodiunt eam.

Quod autem sequitur, *Dixi Domino, Deus meus es tu*, ad apostolos et ad discipulos et ad nos, si tamen meremur esse discipuli, sermonem mittit, docens quid locutus sit universitatis Domino. Quid igitur Domino

1 *Nunc*] MV, corr. in marg. ex *Hunc* O. 2 *repperimus*] ita codd. *cum Christi apostolis*] fortasse primum scriptum erat *cum XI apostolis*, uti Act. 2, 14 *σὺν τοῖς ἑνδεκά.* 6 *ipsius*] M; *eius* OV. 11 *pariter*] OV; om. M. 16 *perscribitur*] ita tres codd. 18 *est*] OV; om. M. *Deum*] M; *dominum* OV. 20 *potatum*] M; *portatum* OV. 23 *facto adversus se cuneo*] iam scripseram, cum idipsum repperi in M; *factum adversus se secum* OV. Cf. supra 2, 21. 24 *meum*] *mecum* V. *ecclesiam*] scripsi; *aeclesia* M; *et ecclesiam* OV. 25 *vigilant q. custodiunt*] OV; *vigilat q. custodit* M. 26 *Domino*] mutat. in *Dominus* O. *Deus*] codd., pro *Dominus*, cf. p. seq. l. 1. *tu*] om. M. 27 *ad discip.]* V om. *ad*.

11. *sumus*] Act. 2, 29-32.

12. *qui christiani esse volumus*] Hieron. Trac. de ps. LXXVII 59, 4 'Si christiani sumus... quia sumus christiani, debemus credere evangelistis'.

14. *accipiens*] Phil. 2, 6 sq.

22. *contrarias fortitudines*] Cf. Goelzer, Lat. de S. Jér. p. 231, et Tract. de psalmo X supra 4, 16.

locutum esse se dicit? Dominus meus es tu : id est, qui omnium Dominus es, proprie meus, hoc est, meorum factus es Dominus. Erat Dominus omnium et in veteri testamento, quippe qui universa condiderat ; sed proprie sanctorum factus est Dominus, dicens : ‘ Ego sum Deus Abraham et Deus Isaac et Deus Iacob ’. Sicut illorum ergo, ita et meus 5 nunc specialiter Dominus es, quia meorum Dominus esse dignaris. Et causa, quare sit ei Dominus, subicitur : Quoniam bonorum meorum non eges. Non eget enim Deus omnipotens bonorum hominis, nec virtutes nostrae ad profectum Dei pertinent, cum Deus non recipiat incrementum : sed quicquid laboramus et nitimur, ideo illud a nobis accipit et 10 exigit, ut nobis restituat quod accepit. Nam et ille qui in evangelio de una mina decem fecerat minas, non solum quod dederat recepit, sed etiam alia mina, quam alius non poterat multiplicare, donatus est. Dicitur et ad Iob : ‘ Quid prodest Domino, si tu simplicem facias viam tuam ? ’ Ceteri domini, quamvis potentes sint, tamen non possunt dicere 15 servis suis, Opera vestra non indigemus: abutuntur siquidem eorum ministerio. Deus vero solus est Dominus, qui servorum suorum ad hoc tantum indigeat officio, ut occasionem habeat plus donandi. Simulque docemur, quod si Salvator pro nobis rogat (rogavit quippe et pro apostolis in evangelio, et propterea eos quos prius vigilare compulerat dormire permisit), 20 utique de nobis magis rogare debemus : quia quamvis curramus, tamen sine illo ad propositum pervenire non possumus, iuxta Symmachi et quintae editionis interpretationem, qui dixerunt ‘ Bonum meum non est sine te ’ ; ut ad illam ista translatio sententiam referatur : ‘ Nisi Dominus

1 Dominus] MO, gr. Κύριός μου εἶ σύ; Dominus Deus V. 3 veteri] M; vetere OV.
 4 est] M; es OV. 5 et] primo loco om. M. 9 profectum] M; perfectum OV. per-
 tinent] pertinet V. 11 quod] M; quid OV. accepit] MO; accipit V. 11 sq. de
 una... quod dederat] de mna decem fuerat minas non solum quod erat M corrupte. 13 mina]
 OV; mna M. 14 et] om. M. prodest] prodeest O. simplicem] M, O in marg;
 simpliciter V, O in textu. viam] O in marg., gr. τῆς ὁδοῦ σου; vitam MV. 15 tamen]
 M; om. OV. 16 abutuntur] O in marg: ‘ legendum puto utuntur ’; sed videsis H. Goelzer
 ‘ Latinité de S. Jérôme ’ p. 267, et Tract. de ps. LXXXVII infra, ad versum *Tota die expandi
 manus meas ad te.* 19 apostolis] OV; aliis M, nota compendiaria male lecta. 20 prop-
 terea eos] scripsi, licet eos ex abundantia esse videatur; propter eos codd. dormire] M; et
 dormire OV. 21 de nobis m. rogare debemus] M; et nos m. debemus rogare OV. tamen]
 M; om. OV ut supra l. 15. 22 Symmachi] scripsi; symachi M; Symmachum OV.
 23 quintae] scripsi; quintam codd. editionis] Edidonis O!

5. Iacob] Matth. 22, 32.
 6. specialiter Dominus es] Cf. Tract.
 de ps. LXVII 41, 13.
 11. restituat quod accepit] Idem supra

Tract. de ps. CVII 180, 17 sqq.
 in evangelio] Luc. 19, 13 sqq.
 15. tuam?] Iob 22, 3 sec. LXX

aedificaverit domum, in vanum laborant qui aedificant eam. Nisi Dominus custodierit civitatem, in vanum vigilat qui custodit eam.'

Sanctis qui sunt in terra eius, mirabiles fecit omnes voluntates suas in eis. Pro quo in hebraico scribitur: 'Sanctis qui in terra sunt, et sublimibus meis, omnis voluntas mea in eis'. His bonis quibus tu non indiges, o Pater, indigent sancti mei, quibus omnes voluntates meas feci esse mirabiles. Feci autem meas mirabiles voluntates, non extra eos, sed in eis: ut dum unusquisque corrigitur, et se intellegit quis ante fuerit, et nunc esse quis coeperit, fiant in illis meae mirabiles voluntates; ita tamen, si exeuntes de Aegypto et eremum transeuntes, terram potuerint repromissionis intrare, quae terra initium terrae viventium est. Nec statim contrarium huic est, quod mirabilia in terra Dei tantum dicantur fieri, illud, quod in campo Taneos, hoc est, in Aegypto sint facta mirabilia. Magna quippe distantia est inter mirabilia quae facta sunt a Moyse et ab Iesu. Ibi de Aegypto fugitur, hic intratur in Iudaeam: ibi vitatur dominus Pharaos, hic qui serviant comprehenduntur: ibi ranae et sciniphes et cinis et grando et tenebrae adsumuntur in mirabilibus, hic soli imperatur et lunae: ibi in columna nubis et ignis antecedit populum Deus, hic obvius occurrit ipse Salvator gladium tenens et pro exercitu suo se dimicaturum esse contestans. Videtis quomodo maiora sint mirabilia quae fuerunt in terra repromissionis, quam quae facta sunt in Aegypto vel in deserto? Possumus autem terram Dei ecclesiam intellegere, quod sanctis qui in ecclesia sunt voluntates Dei omnes mirabiles esse videantur; his enim qui extra ecclesiam sunt nihil videtur mirabile, quod per naturam suam mirum est. Simus ergo et in terra Dei, et transformemur in imaginem Salvatoris, et omnes voluntates suas mirabiles faciet in nobis.

Multiplicatae sunt infirmitates eorum, et post haec acceleraverunt.

2 *vigilat]* vigilant V. 3 *suas]* codd. iuxta gr. τὰ θελήματα αὐτοῦ, cum in Psalt. Rom. et Gall. legatur *meas*. 4 *hebraico]* M; *hebraeo* OV. *sunt]* codd. OV add. *eius*, quod iure M haud agnoscit, sicut nec Psalt. Hieron. ex hebr. 6 *o Pater]* optatur M mox expunct. *meas]* M; *ineas* O, *in eas* V. 8 *et se]* OV, ubi graeca dictio agnoscitur apud Nostrum haud infrequens; *et in se* M. *ante]* corr. in marg. ex *autem* O. *fuerit]* *i* ex *a* corr. M. 9 *nunc]* OV; om. M. 10 *eremum]* her. M. 12 *huic]* M; *hic* OV. 13 *illud]* M; *et illud* OV. *Taneos]* O, V I manu; *Thaneos* M, V sup. lin. 16 *dominus]* M; om. OV. *sciniphes]* OV; *scinifes* M. 19 *pro exercitu suo]* M; *per exercitum suum* OV, cf. supra, I, 5. 23 *sanctis]* OV; *sancti* M. 25 *et in]* M; OV om. *et*. 27 *et post haec]* codd. OV, quam lectionem utpote singularem retinere visum est, cum in M et in omnibus latinis versionibus legatur *postea*.

2. *eam]* Ps. 126, 1.

5. *in eis]* Psalt. hebr. Hieron. 'Sanctis qui in terra sunt et magnificis, omnis

voluntas mea in eis'.

14. *mirabilia]* Ps. 77, 12.

Quorum, infirmitates eorum multiplicatae sunt? Utique sanctorum qui supra in terra esse Domini memorantur. Quando erant insipientes, increduli, errantes, servientesque desideriis et voluptatibus variis, in avaritia et invidia peragentes, multiplicabantur infirmitates eorum. Quando vero loti sunt, et sanctificati sunt, et ad paenitentiam conversi praeterita reli- 5 quere peccata, tunc acceleraverunt. Legi in epistola Barnabae (si cui tamen placet de ea recipere testimonium) quod elegerit Deus apostolos, qui erant super omne peccatum iniquiores. Et utique, si erant omnibus peccatoribus nequiores, multiplicabantur tamen infirmitates in eis; a quibus postea quam celeriter recesserint vide. Petro et fratri eius An- 10 dreae dicitur 'Veni et sequere me'. Similiter Iacobo et Iohanni, qui et patrem et naviculam et rete dimittunt. Matthaueus de teloneo consurgit, et statim apostolus est. Zachaeus de arbore descendit, et sanctus est. Paulus persequens ecclesiam repente credit, lavatur, docet, persecutio- nibus subiacet, decollatur. Quid hac conversione velocius? Gentium 15 quoque populus antequam converteretur ad Dominum et audiret per Esaiam 'Hoc primum bibe, velociter fac' in omnibus infirmitatibus erat, sive, ut interpretatus est Symmachus 'aerumnis' vel ut aptius Theodotio et quinta editio 'idolis'. Multiplicatis autem idolorum cultibus, ad primam apostolorum vocem credens, velociter est conversus ad Dominum. 20 Quod quidem et Aquila διαπονήματα transferens, secundum morem suum simulacra significat. Nam in hebraeo dicitur ASABOTH, id ipsum verbum quod et ibi ponitur 'Idola gentium argentum et aurum'. Porro

1 eorum] M; om. OV. 2 in terra esse Domini] M; OV om. in terra et Domini.
 4 peragentes] codd., pro pergentes? multiplicabantur] scripsi; multiplicabuntur codd.
 et ita quidem Hieron. in Psalt. ex hebr. 5 loti] corr. ex locuti M (conf. lin. 14 infra);
 item locuti OV. 7 placet] post vocem testimonium transferunt OV. 9 multiplicaban-
 tur] M; multiplicabuntur OV. Cf. lin. 4 supra. tamen] M; om. OV. 10 quam cele-
 riter] MV, O in marg. corr. ex qui celeriter. recesserint, vide] M optime; recesserunt,
 ut de OV. fratri eius] M: om. OV. Andreae] M: Andrea OV. 11 Iohanni]
 M: Ioanne V; Ioannes O. 12 teloneo] theloneo M; telonaco OV. 16 quoque] M;
 om. OV. 18 vel ut aptius] velut apcius M; vel aptius OV, fortasse pro apertius.
 Theodotio] Theodocio M; Theodosius OV. 19 autem] M; aut OV. 21 διαπονήματα]
 M; ΔΙΑΤΙΟΝΗΜΑΤΑ cod. V; om. O. 22 ASABOTH] om. O.

6. in epistola Barnabae] c. 5, n. 9.
 Haec ipsa verba memoriae lapsu Igna-
 tio adscribit Hieronymus, Dialog. con-
 tra Pelag. III, 2 et statim addit 'De
 quorum celeri conversione psalmista
 canit *Multiplicatae sunt infirmitates
 eorum, postea acceleraverunt*'.

si cui tamen etc.] Cf. adnot. ad Tract.

de ps. I. 4, 19.

11. sequere me] Cf. Matth. 4, 18 sqq.

14. lavatur] i. e. baptizatur. Sic Hie-
 ron. in Ezech. 1, 3 'Apostolus Paulus
 quando ab Anania lotus in Domino
 est...'

17. fac] Is. 9, 1 iuxta LXX.

23. aurum] Ps. 113, 12.

in eo quod ait προικισαμένων, quod Septuaginta dixerant ‘ acceleraverunt ’, videtur mihi sensum monstrare sublimem : quod apostoli sive gentium populus postquam ad fidem Christi conversi sunt, et Dominus illis sua peccata donavit (hoc est enim προικισαμένων, quod προίκια, id est, 5 gratuito eis conversa sunt vitia), διαπονήματα, hoc est, dolores in illis aucti sunt, scientibus in quam magni maris aquis fuerint et a quali barathro liberati sint ; secundum illud quod in Ecclesiaste scriptum est ‘ Qui apponit scientiam, apponit dolorem ’. Et Paulus : ‘ Qui non sum dignus vocari apostolus, quoniam persecutus sum ecclesiam Dei ’. Potest autem 10 et aliter disseri, quia ‘ virtus in infirmitate perficitur ’ ; et quando infirmior est apostolus, tunc fortior est. Nos quoque si volumus cito ad Dominum pervenire, multiplicare infirmitates debemus, ut infirmi in carne facti, simus in spiritu fortiores.

Non congregabo conventicula eorum de sanguinibus. Manifeste qui 15 loquitur Salvator est. Quis enim poterat alius dicere, Non congregabo conventicula eorum de sanguinibus ? Eorum autem, vel nationum intellege vel apostolorum. Si nationum, hic erit sensus : Licet sanguinis rei sint, et multa scelera perpetrarint, tamen quoniam post infirmitates ad me acceleraverunt, conventicula eorum pura erunt et a sanguine prorsus aliena. Si de apostolis, hic erit sensus : Nequaquam mihi ut in 20 veteri lege offerent hostias, sed erit novi testamenti religio spiritualis. Secundum altiorem autem intellegentiam, hoc dicendum : Quia virum sanguinum et dolosum abominabitur Dominus ; et sanguis impii de manu speculatoris inquiritur, qui iram Dei noluerit praedicare venientum ; et qui minimum scandalizaverit, interficiet eum ; et quorum manus 25

1 *in eo]* *in eum* M. προικισαμένων] ΗΠΟΙΚΙCΑΜΕΝΟΝ hoc loco, ΗΠΟΙΚΙCΑΜΕΝΟΝ infra lin. 4, cod. M; ΗΠΟΙΚΙCΑΜΕΝΟΝ cod. V 1° loco, infra vero ut Marcianus; O more suo omittit. *dixerant]* O, V corr. ex *dixerunt*, M e contrario sup. lin. mutat in *dixerunt*. 4 προίκια] MV, pro προίκια? om. O. 5 *conversa]* vox tractu calami notata in O. διαπονήματα] ΔΙΑΠΟΝΗΜΑΤV Marc; OV ut supra 16,21. 6 *magni]* V, corr. ex *magnis* O; item *magnis* M. *aquis]* OV, corr. ex *aquae* M. *fuerint]* MV, corr. ex *fuerunt* O. a] praepositionem om. M. *barathro]* absque h M. 7 *sint]* M; *sunt* OV. 8 *Qui]* M; *quia* OV. 9 *quoniam]* M; *qui* OV. 10 *in]* M; om. OV. 12 *multiplicare infirmitates]* OV; *multiplicari in infirmitate* M. 14 *qui]* om. M. 15 *dicere]* i ex o corr. M. 18 *sint]* OV; *sunt* M. *perpetrarint]* V, corr. ex *perpetrarunt* O; indicativo item M. 19 *pura erunt]* OV; *puraverunt* M, corr. *purgaverunt*. a] om. M, uti supra lin. 6. 23 *abominab.]* *abhom.* M. 24 *speculatoris]* M; *peccatoris* OV. *inquiritur]* M; *exquiritur* OV.

8. *dolorem]* Eccle. 1, 18.

9. *Dei]* 1 Cor. 15, 9.

10. *perficitur]* 2 Cor. 12, 9.

11. *fortior est]* Ibid. vers. seq.

23. *Dominus]* Ps. 5, 7.

24. *inquiritur]* Ezech. 33, 6.

sanguine plenae sunt, non posse eos in synagogas Domini praeregari certum est, qui spiritu combustionis ante purgandi sunt. Synagogas autem Domini, vel in praesenti intellegamus ecclesias, vel, quod melius puto, diversas apud Patrem in caelestibus mansiones, quas intrare non poterit, qui peccatorum fuerit cruore respersus. 5

Nec memor ero nominum illorum per labia mea. Sanctos, quorum multiplicatae sunt infirmitates, et quorum non congregabo conventicula de sanguinibus, quia ad me acceleraverunt, nequaquam vocabo pristinis nominibus, sed novis: id est, postquam in fonte meo eos laverō, non vocabo ut ante filios hominum, sed filios Dei. Sive aliter: Immutabo, 10 inquit, nomina illorum, et de Simone Petrum faciam, quia super petram illius mea fundata est ecclesia; de filiis Zebedei, filios tonitruī, sublimia enim illis evangelii mei sacramenta sum commissurus. Nec modo istis, sed et Abrahae quondam et Sarrae immutata sunt nomina; nec decet ut quorum vita a pristina conversatione diversa est, eorum eadem sint 15 vocabula. Alius vero hoc quod ait, *Nec memor ero nominum eorum per labia mea*, sic interpretabitur: non eos leviter et quasi transitorie nominabo, sed habebō in profundo cordis mei, in anima mea continebo. Ut quomodo ad incredulum populum dicitur 'Populus hic labiis me honorat, cor vero eius longe est a me', sic e contrario sanctos suos Dominus 20 non labiis tantum nominet, sed intimo mentis teneat affectu.

Dominus pars hereditatis meae et calicis mei: tu es qui restitues hereditatem meam mihi. Salvator noster in scripturis et pontifex appellatur et rex. Pontifex, in eo: 'Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech'. Rex, ut ibi: 'Ego autem constitutus sum rex ab eo 25 super Sion montem sanctum eius'. Secundum hoc ergo quod sacerdos

1 *praeregari*] OV; *congregari* M. 3 *in praesenti*] M; OV om. *in*. 6 *illorum*] OV, Psalt. Rom; *eorum* M. 11 *super*] OV; *supra* M. 12 *filiis*] OV, corr. ex *filio* M. *filiis*] OV, corr. ex *filius* M. 13 *illis*] OV; *illius* M. *sum*] OV, corr. ex *sim* M. *Nec modo istis, sed et*] OV; *Hoc modo et* M. 14 *Sarrae*] M; *Sarae* OV. 18 *habebō*] OV, sup. lin. corr. ex *habeo* M. 22 *pars*] corr. ex *pras* M. 25 *ibi*] M; *ubi* OV.

2. *spiritu combustionis*] Cf. Is. 4, 4.
16. *vocabula*] Hieronymus in Dan. 1, 7
'Porro Dominus in bonam partem nomina mutat antiqua, et ex rebus imponit virtutum vocabula: ut Abram appellaret Abraham, et Sarai Sara. In evangelio quoque quondam Simon Petri nomen accepit, et filii Zebedaei appellati sunt filii tonitruī'; in Philemon. 1 sqq. 'Ut ex Abram Abraham diceretur, Dei iussione perfectum est;

ut ex Sarai Sarae vocabulum fieret, aequae Dei imperium fuit. Et ut ad novum instrumentum veniam, ut Simon Petri nomen acciperet, et filii Zebedaei *bane reem* hoc est filii tonitruī vocarentur, Domini nostri Iesu Christi voce praeceptum est'.

20. *a me*] Is. 29, 13.

25. *Melchisedech*] Ps. 109, 4.

26. *eius*] Ps. 2, 6.

est, pars illius est Dominus. Scriptum est enim in lege : ' Filiis Levi non dabis hereditatem in medio filiorum Israel, quoniam ego sum pars eorum, dicit Dominus '. ' Unde ab Iesu non acceperunt partem in terra Iudae, sed dispersi sunt per tribus, impleta illa prophetia ' Dividam eos
 5 in Iacob, et disseminabo eos in Israel'. Si vero levitae non habuerunt partem nisi Dominum, quanto magis iste qui pontifex est, et qui audet dicere ' Pater in me manens facit opera sua' habet Patrem specialem et propriam portionem. Secundum hoc vero quod rex est, dicitur ad eum : ' Postula a me, et dabo tibi gentes hereditatem tuam, et possessionem
 10 tuam terminos terrae.' Et nota quam eleganter in utroque sermo moderatus sit. De Patre dicitur, Tu es pars hereditatis meae. Es, inquit, non fuisti : semper enim Filius mansit in Patre, et Pater in Filio. De nationibus vero, Tu, inquit, restitues mihi hereditatem meam : esse enim hereditas Domini cessaverunt, quando multiplicatae sunt infirmitates eorum,
 15 et congregabantur conventicula eorum desanguinibus. Licet quidam etiam inferiorem versum ad Deum Patrem referendum putent, ut sit sensus : Quoniam evacuavi me, formam servi accipiens, et de mea maiestate descendi in terras, restitue mihi hereditatem meam ; hoc est, te ipsum in quo semper fui, et glorifica me gloria quam habui apud te ante quam
 20 mundus fieret. Non enim mihi novam aliquam dabis possessionem, sed restitues hereditatem meam, divinitatem videlicet Deique naturam, quam propterea visus sum non habere, quia formam hominis acceperam. Porro in eo quod ait, Et calicis mei, nulli dubium est, in scripturis interdum calicem pro desiderato potu et gaudio accipi, ut ibi ' Calix tuus inebrians quam praeclarus' et alibi ' Calicem salutaris accipiam, et nomen
 25 Domini invocabo'. Ut quomodo cibus noster et potus Salvator noster est (carne quippe eius vescimur et cruore potamur) ; ita eius hominis, qui a Salvatore adsumptus est, cibus et poculum Pater sit, id est, cum Deo Patre una communisque divinitas.

30 *Funes ceciderunt mihi in praeclaris : etenim hereditas mea praeclara est*

4 *illa*] M ; om. OV. 5 *eos*] non repet. OV. *partem*] corr. ex *patrem* M. 6 *qui*] ante *pontifex* sup. lin. add. M, om OV. *audet*] corr. ex *audit* M. 10 *sermo*] M ; *sermone* OV. 11 *Patre*] M ; *parte* OV. 13 *Tu inquit restitues mihi*] M ; *Et dabis tu, inquit* OV. 16 *Deum*] OV ; *dñm* M. 18 *in terras*] OV ; *in terris* M. 21 *restitues*] OV ; *restituæ* M. 25 *praeclarus*] M add. *est*, quod verbum nesciunt OV iuxta gr. ὡς κράτιστον. 26 *et potus Salvator noster*] om. M propter homoeotel. *est*] M ; om. OV.

3. *Dominus*] Cf. Num. 18, 20.
 5. *Israel*] Gen. 49, 7.
 7. *opera sua*] Io. 14, 10. 'Sua' item addit codex Bezae Cantabrigiensis.

10. *terrae*] Ps. 2, 8.
 20. *fieret*] Io. 17, 5.
 25. *praeclarus*] Ps. 22, 5.
 26. *invocabo*] Ps. 115, 13.

mihi. Pro uno populo isto, totum orbem hereditatem possedi; et de orbe, non quoscumque, sed fortes. Hoc enim significat, in praeclaris, quod graece dicitur 'in fortibus': secundum illud 'Dominus fortitudo mea et refugium meum et liberator meus' et in alio loco 'Fortitudo mea et laus mea Dominus'. Si quis ergo praeclarus et fortis est, hic de hereditate Domini est. Unde et Theophilus ille amicus vel amator Dei, quia talis erat ut scribi ad eum peteret evangelium, *κράτιστος*, id est, praeclarus, fortis, vocatur: quod simplicius a latinis translatum est 'optime Theophile'. Porro funiculus in divisione agrorum sumitur, et ubicumque possessiones distribuuntur, aut terrenorum vectigalium census agitur, terra dividitur, ut in Iesu Nave quoque. Angelus funiculum tenens prophetae ostenditur, qui Hierusalem aedificaturus est, ut primum omnium spatium civitatis ratione et ordine metiatur, dehinc ea quae mensa sunt extruat. Et in Deuteronomii cantico legimus: 'Facta est pars Domini populus eius Iacob, funiculus hereditatis eius Israel'. In Regnorum quoque libro secundo, quando David superavit Moabitas, scriptura commemorat duos funiculos separatos ad mortificandum, et duos ad vivificandum. Quid sibi autem velit, quod de Moabitis alii ad mortem alii ad vitam sint separati, Orpha monstrat, et Ruth: quarum una conversa ad idola et ad patriam antiquam morti est destinata; altera sequens socrum, quae interpretatur dulcis, ait 'Populus tuus populus meus, et Deus tuus Deus meus'. Et nos igitur si volumus de hereditate et de funiculo esse Domini, simus fortes atque robusti, et dicamus: Omnia possum in eo qui me confortavit Christus. Nihil in nobis infir-

2 in praeclaris] *impraeclaris* OV. 3 fortibus] corr. ex *frontibus* M. 7 ad eum] M; ad se OV. Cf. Goelzer, p. 403 sq. 9 sumitur, et] OV; sumitur. Et M. 10 aut] OV; ibi M. agitur, terra] agitur. Terra codd. 11 quoque. Angelus], quoque angelus codd. 12 omnium] OV; omne M. 14 Et] scripsi; Sed codd., pro Sed et? 19 quarum] quare V. 24 possum] possumus M (us postea eras.) et OV, ut reor, ob verbum plurale dicamus. Christus] *xpo* M, item O in marg.

4. meus] Ps. 17, 3.

5. Dominus] Ps. 117, 14.

6-9. Cf. quae leguntur circa fin. Homiliae I Origen. in. Lucam (P. L. 26, 255 A), ex Hieronymi calamo interpretis, non auctoris, uti recte iam aliis visum: 'Si quis Theophilus est, iste optimus et fortissimus est: hoc quippe significantius graeco sermone dicitur *κράτιστος*'.

9 Theophile] Luc. 1, 3.

14. extruat] Cf. Zach. 2, 1 sqq.

15. Israel] Deut. 32, 9.

17. vivificandum] 2. Reg. 8, 2 iuxta LXX.

21. quae interpretatur dulcis] Aliter, sed haud ita vere, vocabuli vim explicat Hieronymus, in libro quidem de Nominibus hebr. 'pulchram', in epistula vero LIV, n. 17 'consolatam.'

22. meus] Ruth 1, 16.

24. confortavit] Cf. Phil. 4, 13.

mum sit, nihil debile, nihil quod heres non dignetur accipere. Siquidem in sanctis suis Christus gloriatur, et dicit: Etenim hereditas mea praeclara est mihi. Vis scire quod praeclara hereditas fuerit Salvatoris? Considera Petrum, cerne Paulum, omnes apostolos et sanctos, siquidem
 5 universo orbe crediderunt, et videbis hereditatem Christi, atque praeclaram. Pro quo interpretatus est Aquila: 'Etenim hereditas mea [speciosissima] est mihi'. Ut sit illud quod in Cantico dicitur: 'Tota es speciosa mea, et macula non est in te'. Et iterum: 'Ecce formosa es, proxima mea, ecce formosa, oculi tui columbae.' Qui pulcher et fortis es, et cum
 10 similis illius fueris de quo canitur 'Pulchritudine tua et decore tuo', audies ab sponso: 'Obliviscere populum tuum et domum patris tui, et concupiscet rex decorem tuum'.

Benedicam Dominum qui mihi tribuit intellectum: insuper et usque ad noctem increpaverunt me renes mei. Ille qui infra loquitur 'Caro mea requiescet
 15 in spe, quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem' consentaneae nunc quoque ait: Benedicam Dominum qui mihi tribuit intellectum, insuper et usque ad noctem increpaverunt me renes mei. Qui enim sapientia est, quomodo accipit intellectum? Sed quia 'Iesus proficiebat aetate et sapientia et gratia coram
 20 Deo et hominibus', non tam a Patre Filius quam homo a sua eruditus est divinitate. Unde et de eo qui de radice Iesse floruit prophetae vati-

1 dignetur] *debet* O prius in textu. 3 quod praeclara] codd. facile pro *quam praeclara*.
 5 atque] M; om. OV. 6 speciosissima] Hanc vocem aut certe aliam eiusdem significantiae restituendam puto iuxta Hieron. in Psalt. hebr. ubi Aquilae vestigiis pressius inhaerere solet; praeclara codd. mendose. 8 mea] codd., fortasse pro *proxima mea*, ut in exemplo sequenti; utrobique in graeco legitur *κατασκευασμένη*. non est] *est* suppl. sup. lin. M. 9 columbae] columbi V. es, et cum] *es, et e regione qui fortis et pulcher es, et cum* M; *est et cum* O, mutat. in *es cum*; *essel* V, om. *cum*. 10 et decore] M om. *et*. 11 audies] V; corr. ex *audiet* MO. tuum] M; om. OV. 12 concupiscet]—*iscit* codd. 14 increpaverunt] hic semel et iterum; infra vero et in Commentariol. 26, 20 *erudierunt*, item Hieron. ep. 133, n. 3. requiescet]—*escit* OV. 21 de radice] *de* suppl. sup. lin. M. floruit] OV; *floritur*, mutat. in *floret* M.

8. in te] Cant. 4, 7.
 9. columbae] Cant. 1, 15.
 10. tuo] Ps. 44, 5.
 12. tuum] Ibid. 11 sq.
 20. hominibus] Luc. 2, 52. — Cf. Commentariol. huius ps. p. 26, 17 sqq. 'Qui sapientia Dei est, non indiget ipsa sapientia; sed secundum illud accipiendum est, quod in evangelio dicitur: *Iesus proficiebat aetate sapientia et gratia coram Deo et hominibus*'.

a sua eruditus est divinitate] Hieron. ibid. l. 22 'interiori eruditus est divinitate humanae non credere fragilitati'. Et habes hic paulo post (pag 23, l. 12): 'interiorem divinitatis sapientiam possidentem, per quam edoctus sum imminente passione terrore crucis humanae fragilitati non cedere'. *Cedere* hoc loco, non *credere*: unde plus ponderis accedit lectioni quam primigeniam duxi in Spinaliensi Commentariolorum exemplari.

cinium est: 'Requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientiae et intellectus'. Quod quidem ad insaniam Arrianae haereseos retundendam melius interpretati sunt Aquila et Theodotion dicentes: 'Benedicam Dominum consiliatorem meum'; ut non tam sapientiam et intellectum Filio Pater dederit quae ante non habuit, quam consilium suum ad 5 eius sententiam copularit. Ut quomodo in Proverbiis consiliatricem se Deo dicit fuisse sapientia quando laetabatur orbe perfecto, et gaudebat sibi cotidie; sic et ipsa sapientia, in eo quod humanum corpus assumpsit, quod mortuus est et resurrexit, ostendat se sine Patris consilio non fuisse, sed iuxta illud 'Ut facerem voluntatem tuam Deus meus volui'. Sed 10 et hoc quod sequitur, *Insuper et usque ad noctem erudierunt me renes mei*, sic accipiendum, ut renes pro reconditis cogitationibus et profundo sentiamus affectu, quod proprie ἰδίωμα scripturarum est. Nam quantum in memoria mea est, nec apud philosophorum quempiam nec apud rhetorum, nec apud poetas, nec apud ipsos quidem medicos, qui naturae cor- 15 porum scientiam repromittunt, umquam legisse me novi, renes pro intellectibus et profunda cogitatione positos. Scriptura autem hac consuetudine utitur, ut quando vult secretum aliquid et arcanum vel mysticum demonstrare, dicat 'Scrutans corda et renes Deus'; ut, cor secretum cum sit, secretiores cordis partes sint renes. In Sapientia quoque, quae titulo Salomo- 20 nis inscribitur, scriptum repperi: 'Renum eius testis Deus, et cordis contemplator verus, et linguae auditor'. In libro quoque Patriarcharum, licet inter apocryphos computetur, ita inveni, ut quomodo fel ad iracun-

4 *tam*] M; *tantum* OV. 5 *quae*] M, postea mutat. in *quasi*; *quem* OV. Cf. supra adnot. crit. ad 2, 7 et 3, 22. 6 *copularit*] *copularet* codd. *Proverbiis*] corr. ex *Proverbio* O. 10 *sed iuxta*] OV; *set* mutat. in *scilicet* M. 10 *Sed et*] M; OV om. *et*. 12 *pro*] omisso M postea supplevit in sup. lin. 13 ἰδίωμα] ΙΔΙΩΜΑ codd. *scripturarum*] M; *scriptum* OV. 14 *rhetorum*] V, O marg; *rethorum* M, O text. 15 *ipsos quidem*] M; om. OV. 18 *arcanum*] *archanum* codd. 19 *secretum*] corr. ex *rectum* M, O in marg.; *rectum* item V. *cum*] om. M. 20 *cordis partes*] OV; *corde* M ex nimia fortasse scrupulositate. *Salomonis*] *mo* suppl. sup. lin. M. 22 *In libro quoque*] OV; *in illo quoque libro qui vocatur* M, quae lectio artem sapit glossatoris.

22 | 2. *intellectus*] Is. 11, 2.
6. in *Proverbiis*] 8, {2 sqq.
10. *volui*] Ps. 39, 9.
13. ἰδίωμα *scripturarum*] Hier. ep. 85, n. 5 'Idioma igitur scripturarum est, ut...' Et infra p. 28, l. 5 'secundum illud ἰδίωμα scripturarum'.

quantum in memoria mea est] Cf. tract. de principio Marci 319, 15 et exemplum in nota ibid. allatum.
19. *Deus*] Ps. 7, 10.
22. *auditor*] Sap. 1, 6 ubi tamen non *contemplator* sed *scrutator* in Vulg. legitur.

diam, sic renes ad calliditatem et ad astutiam sint creati. Πανουργία autem id est calliditas, ut vel in bonam vel in malam partem accipiatur : in bonam, iuxta Proverbia ‘ Ut det, ait, innocentibus astutiam, puero autem iuniori sensum et intellectum ’ ; in malam, ut apud apostolum
 5 ‘ Timeo autem, ne ut serpens seduxit Evam in astutia sua, corrumpantur sensus vestri a simplicitate quae est in Christo ’. Quod ergo dicit, hoc est : eruditio mea et profunda cogitatio et internus cordis affectus non solum in caelestibus mecum fuit, sed etiam cum in nocte huius saeculi et in tenebris commorarer, mecum in homine versata est, et eru-
 10 divit me, et nunquam a me abfuit, ut quicquid carnis imbecillitas non valebat, cogitatio et virtus divina perficeret. Vel certe sic : erudierunt me renes mei, interiorem divinitatis sapientiam possidentem, per quam edoctus sum imminente passione terrore crucis humanae fragilitati non cedere. Porro quis alius (quia vita Salvatoris exemplum est) asserit eum
 15 non solum vigilantem sed etiam dormientem omni caruisse peccato, et ab universo carnis fantasmate mansisse purum : ut sancti quoque, qui similes domini et magistri esse desiderant, omni custodia servent cor suum, et non tantum vigilantes, sed ne per somnum quidem, id est, non solum in die sed nec in nocte superentur. Hoc quoque adtenden-
 20 dum, quod dixerit, Insuper et usque ad noctem increpaverunt me renes mei : ut ostenderet ante quam nox fieret, vel ipse Salvator esse inciperet in nocte, semper eruditum a sua fuisse sapientia. Est alia interpretatio, quia semper scriptura divina ad similitudinem humanorum artuum de


1 *calliditatem*] *calid.* OV. *ad astut.]* praepositionem M non repet. Πανουργία] ΠΑΝΟΙΠΗΑΙΑ codd. quibus litteris vox πανουργία subindicari videtur, quemadmodum in glossariis synonyma exhibentur συνεργία et συνεργασία ; in locis tamen ab Hieronymo allatis legitur ubique πανουργία. 6 *Christo*] OV add. *Iesu.* 7 *hoc est*] M, O in textu ; *haec est* V, O in marg. ; insuper in O hae voculae iunguntur cum sequentibus. 9 *commorarer*] M ; *commoraret* OV. 13 *terrore*] OV, mutat. in *terrori* M. *humanae fragilitati*] V, O in marg. ; *humana fragilitate* M ; *humanam fragilitatem* O in textu. 14 *cedere*] OV ; corr. ex *credere* M. Cf. supra not. ad 21, 20. *quis*] om. M. *quia*] M, O in textu ; *cui a* V, O marg. 16 *purum*] *purum?* percontative OV. 17 *esse*] *essent* V. 20 *increpaverunt m. r. mei*] OV ; om. M.

1. *sint creati*] Testam. XII Patriarch. 8, 2 ap. Migne, Patr. Gr. 2, 1108 A : ἡπάρ πρὸς θυμὸν, γολήν πρὸς πικρίαν, ... νεφροὺς εἰς πανουργίαν. Nullum hucusque testimonium de hoc libello apocrypho apud Hieronymum repertum erat. Confer Ad. Harnack, Gesch. d. altchristl. Litteratur bis Eusebius I, 852 sq.

4. *intellectum*] Prov. 1, 4.

6. *Christo*] 2 Cor. 11, 3.

14. *quis alius*] Utpote Origenes, qui ‘ in eo psalmo ubi scriptum est *Insuper et usque ad noctem erudierunt me renes mei*, asserit virum sanctum, cum ad virtutum venerit summitatem, ne in nocte quidem ea pati quae hominum sunt, nec cogitatione vitiorum aliqua titillari. Ita Hieron. ep. 133, n. 3, cum Pelagianam ἀπάθειαν rogatu Ctesiphontis anno 415 refelleret.



Dei virtutibus loquitur, verbi gratia, ut, pedes cum habere dicat, oculos, aures, manus, et cetera huiuscemodi, renes nunc pro seminum locis accipiendum sit; ut, quomodo initium hominum et humanae carnis elementum in semine conditum est, ita sententiarum quoque nostrarum exordia et principia cogitationum habere renes suos: ut antequam quid vel opere vel sermone tractemus, hoc cogitatio tacita in motu suo habeat secumque ipsa consideret. Ut sit sensus, Dominum et Salvatorem nostrum, non solum opere et sermone, sed ne cogitatione quidem vel cogitationum exordiis, quas vocant *προπαθείας*, peccare potuisse, quem cotidie erudiebat Dei Verbum. Non quod alter Deus et alter homo sit; sed quo unus atque idem filius hominis et filius Dei nunc ut homo roget, nunc ut Dominus exaudiat.

Providebam Dominum in conspectu meo semper: quoniam a dextris meis est, ne commovear. Pro eo quod in latino legimus, Providebam, et in graeco scriptum est *προσώμην*, melius habetur in hebraeo SEBETHI, quod nos dicere possumus 'proponebam'. Ut sit: Proponebam Dominum in conspectu meo semper a dextris meis, et nulla poteram inimicorum fraude subverti. Simulque considera, quod in nostra sit potestate ponere Dominum ante oculos nostros. Qui iustus est et similis est Salvatori, ponit Deum a dextris suis, et dicit, Quia a dextris meis est, ne commovear. Ideo autem eum ad dexteram ponit, quia habet ante oculos illum quem sequitur praevariantem. Qui vero peccator est, proicit sermonem Domini post tergum suum, et Dominus illi efficitur a sinistris. Quem

1 cum] OV; eum M. 2 accipiendum sit] OV, vitiosa sane consecutio verborum, cuius tamen alterum specimen habetur in Tract. de ps. CIII 164, 4 'aquis pro doctrina, montes pro sanctis accipiendum est'; accipiendi sunt M. 8 ne cogitatione] M; nec cog. OV. 9 *προπαθείας*] iam scripseram, cum in cod. Marciano repperi ΠΡΟΙΣΤΑΘΕΙΑΣ; ΠΡΙΣΤΑΗΦΕΙΑΣ codd. OV. 10 alter...alter] M; aliter...aliter OV. Fortasse legendum *alius...alius*, ut in Commentariol. 5, 9 'non quo alium adsumpsisse, alium adsumptum esse testemur; sed quo unus atque idem filius Dei et filius hominis...' etc. 15 *προσώμην*] ΠΡΟΟΡΑΩΜΗΝ cod. M; om. OV. 17 et] om. M. 19 similis est] M; OV non repet. est. 20 a dextris] ad dextris OV hic et infra non semel. 21 eum] M; eos OV. 22 praevariantem] MV; praeante O in textu, in marg. autem 'alias praevariantem, et forte legendum praeuentem'. Verum cf. Hieron. in Gal. 5, 24 'spiritum allegoriae sequitur praevariantem'. 23 post tergum] corr. ex postergum MO. sinistris] sinixtris M.

9. vocant *προπαθείας*] Hier. Comment. Ezech. 18, 1 sq (P.L. 25, 176 B) 'primos et secundos stimulos cogitationum, quas Graeci *προπαθείας* vocant'.

10. Non quod...sed quo] Cf. adnot. ad Commentariol. 2, 9.

16. *proponebam*] Psalt. hebr. Hieron. 'Proponebam Dominum'.

18. *quod in nostra sit potestate*] Cf. similia nonnulla ex Hieronymo in nota ad Tract. de ps. V. 11, 30.

cum diabolus ad laevam peccatoris aspexerit, ilico migrat ad dexteram eius, ut locum Dei possideat : impleturque illud quod de Iuda scriptum est ' Stet diabolus a dextris eius '. Quod quare non quasi in narratione sed in oratione ponatur, alterius loci est disserere. Domino igitur Salvatore, sive per Dominum sanctis eius, semper stat Deus ad dexteram. Iustus autem sinistram non habet, et quocumque se verterit, ' circumdat angelus Domini in circuitu timentium eum, et liberabit eos '. Vis scire, non habere iustum sinistram? Moyses cum in typo crucis utrasque ad caelum levaret manus, non scribitur, Aaron erat a dextris eius et Ur a 10 sinistris, sed quod hinc steterit Aaron et inde Ur. In Iudicum quoque libro Aoth ille princeps, cuius multiplex est et grande mysterium, qui gladium habebat in femore, et truncaverat cupidines, pinguissimum quoque et crassum adversarium suo mucrone confoderat, idcirco ἀμφοτεροδέξιος scribitur, id est, utramque manum dexteram habens, quem 15 nos latine ambidextrum possumus dicere. Opponat aliquis : Si iustus non habeat sinistram, quomodo sapientia et dextram scribatur habere et laevam? Diligens lector perfacile iudicabit, quanta differentia sit inter dexteram sapientiae et laevam, cum animadverterit, quae in dextris et quae in sinistris eius esse narrentur. Dicitur enim : ' Longitudo aeternitatis 20 et anni vitae in dextra eius, in sinistra autem eius divitiae et gloria '. Vides aeternum tempus et vitam perpetuam in sapientiae dextra collocata : carnalia autem quae transeunt, quae dum teneri putantur aufugiunt, id est divitias et gloriam, in laeva eius posita, secundum illud, quod in die iudicii alii stabunt a dextris, et alii a sinistris : agni videlicet et sancti a 25 dextris, haedi autem et peccatores a sinistris eius. Sed et illud forsitan curiosus lector obiciat, quomodo a dextris iusti stare Deum, et a sinis-

1 ilico] M ; illico OV. 2 ut...possideat] OV ; et...possidet M. 3 non quasi in nar-
ratione sed in oratione] scripsi ; non quasi in oracione sed in oratione M ; non quasi in noratione
sed in oratione O I m ; non in oratione sed in narratione V ; corrector cod. O add. in marg.
' Hunc locum sic legendum putarem, Non in oratione sed in narratione '. 4 ponatur] V ;
ponantur MO. 7 circuitu] corr. ex circumitu O. 8 utrasque] M ; utranque OV.
9 manus] M ; manum OV. 10 et] OV, suppl. sup. lin. M. 12 cupidines] M ; crepidines
OV, quae vox magna me difficultate primum adfecerat. 14 ἀμφοτεροδέξιος] ΩΜΦΟΤ. codd.
utramque] M ; utraque OV. 16 dextram] M ; dexteram OV. 19 narrentur] OV ;
narrantur M. 20 dextra] M ; dextera OV. gloria] scripsi ; LXX δόξα ; gloriae OV,
glorie M. 21 collocata] OV ; atam M. 23 gloriam] M ; gloria OV. 24 et alii]
M ; OV om. et. a sinistris] ad sinistris OV. 26 curiosus] M ; curiosius OV.

3. eius] Ps. 108, 6.
6. sinistram non habet etc.] Cf. Tract.
de ps. XC. 117, 14 sqq.
7. eos] Ps. 33, 8.

10. inde Ur] Exod. 17, 12. sec. LXX.
in Iudicum] 3, 15 sqq.
20. gloria] Prov. 3, 16.
24. a sinistris] Matth. 25, 33.

tris peccatoris asseramus diabolum, cum de Domino nostro legatur in Zacharia ' Et diabolum stabat a dextris eius ut adversaretur ei '. Legat ergo, qui obicit hoc, et sequentia : quod quando diabolum ei stabat a dextris, sordida Iesus habuerit vestimenta. Recte qui nostra peccata suscepit et delicta portabat, non tam sibi quam sordidis vestimentis 5 diabolum habebat a dextris. Simulque consideret, quod non dicatur, Stabat diabolum victor et triumphans, sed adhuc in certamine et in acie et in ambiguo positus, immo cum necdum pugnare coepisset. Sequitur enim, Ut adversaretur ei. Adversabatur autem ei diabolum, ut diximus, quia habebat ex peccatis nostris sordida vestimenta. Postquam vero au- 10 divit ' Imperet tibi Dominus qui elegit Hierusalem ', non stetit a dextris, sed abiit post tergum et sub pedibus eius. Statimque Iesus sacerdos magnus accipit poderem, et candidis induitur exuviis, et iuncta sibi regia dignitate, id est copulato Zorobabel, aedificat ecclesiam, et spiritalem extruit Hierusalem. 15

Propter hoc laetatum est cor meum et exultavit lingua mea. Hoc quod ait, Propter hoc, ad superiora iungendum est, ut causam laetitiae sive exultationis hanc dicat fuisse, quod semper habuerit Deum ante oculos, et illo stante a dextris suis numquam motus sit, et fiat ordo : Laetatum est cor meum et exultavit lingua mea, hymnum Patri referens pro hominum 20 salute, quia me stante et sustinente mortem crucis Dominus a dextris est collocatus mihi. Hic locus et adversum eos facit, qui aestimant corporaliter semper accipi membra debere, quae proponuntur in scripturis. Respondeant enim, quomodo exultet lingua per se, aut quomodo possit lingua quasi sentiens et intellegens propriam habere laetitiam. Siquidem 25 non ait, exultavit lingua, sed exultavit lingua mea. Sic ergo de lingua

1 *de Domino nostro*] His verbis expunctis corrector cod. O scribit in marg. : ' Hic puto legendum, *de Iesu sacerdote magno Zach. III*'. Scrupulosius sane; cf. supra III^o 189, 2 sqq.
 4 *habuerit*] OV; *habuerat* M, postea corr. *habebat*. 8 *in ambiguo*] M; OV om. *in pugnare coepisset*] *pugnam recepisset* corrector O in marg. 12 *sacerdos*] *sacerdos* OV.
 13 *accipit*] *accepit* M. *et iuncta*] *et* add. postea M, om. OV. 14 *et*] M; om. OV.
 17 *causam*] M; *causa* OV. *sive*] M corr. *ex sue*; om. OV. *exultationis*] OV add. *suae*, et om. *hanc dicat fuisse*. 19 *Laetatum est*] M poster. manu; *laetetur* OV, M 1 m.
 22 *et*] M; om. OV. *aestimant*] *estimant* MO; *extimant* V. Cf. supra 8, 24. 26 *ait*] scribendum iam duxeram, uti postea legi in M; *ante* OV, nota *an* perperam intellecta.

2. *ei*] Zach. 3, 1.

11. *Hierusalem*] Ibid. 2. Et haec quidem fere ad litteram in Tract. de ps. CVIII. 189, 1-9.

22. *Hic locus et adversum eos facit, qui*] Hieron. in Tract. de ps. XCIII.

129, 13: 'Iste locus adversum eos maxime facit, qui Anthropomorphitae sunt'; Ibid. 133, 1 'Locus iste contra Arrianos facit'; in Ephes. 4, 5 sq. 'Unum baptismum et contra Valentinum facit, qui' etc.

intellege, ut de ceteris quoque membris, quod scilicet universos habeat effectus, iuxta illud Salomonis ' In manu linguae mors et vita '. Pro eo autem quod in Actibus apostolorum et in editione vulgata legitur, Exultavit lingua mea, sciendum apud ceteras editiones et apud ipsos quoque
 5 Septuaginta non linguam positam esse, sed gloriam, quae hebraice dicitur CHABOD. Lingua enim [LASON] appellatur. Et puto, quia rhetoris gloria in laude sermonis est, sicut medici gloria in medicinae artis industria, et athletae est gloria fortitudo, ceterarumque artium gloria est implere quod norint: ideo linguam, per quam quod sentitur expromitur,
 10 positam esse pro gloria. Vel certe gloria eius hominis, qui assumptus a Christo est, ille accipiendus, de quo alibi dicitur ' Gloria mea et exaltans caput meum '. Sive apostoli gloria eius intellegendi, quod illum in toto orbe glorificaverint: ut gloriam pastoris dicimus amplum gregem, et magistri, eruditos discipulos, et imperatoris, fortes exercitus. Porro quod
 15 Iohannes ' Vidimus, inquit, gloriam eius, gloriam quasi unigeniti a Patre, plenum gratia et veritate ' et in alio loco scribitur ' Exurge gloria mea, exurge ' : illam Salvatoris esse gloriam sentiamus, quam apostoli in carnis eius humilitate viderunt, ut non quod apparebat, sed quod latebat in corpore, acrioribus oculis intuerentur.

20 *Insuper et caro mea requiescet in spe. Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.* Superfluum est de his velle tractare, quae explanata sunt ab apostolis. Haec ergo dicimus, quae ab illis quasi minora sunt praetermissa: quod propterea dixerit, Caro mea habitabit in spe, quia cum spe ilico resurgendi descenderit Salvator ad mortuos. Et non dixit, habitabit, sive requiescet, ut
 25 in latinis codicibus legitur, sed *κατακλιθήσεται*, id est peregrinabitur, ut sit

2 effectus] OV; affectus M. 6 CHABOD] EHABOD OV, ENABOD M confusis litteris E et C, H et N. LASON] scripsi, hebr. יִשׁוֹר ; SALVN cod. M; salum O; solum V. rhetoris] V, O in textu; doctoris M, O marg. 8 athletae] adletae M. est gloria... artium] praetermittit M propter homoeotel. 9 expromitur] OV; exprimitur M. 10 positam esse] M; posita est OV. a Christo est] M; est a Christo OV. 11 accipiendus] OV inser. est. 12 caput] capud M. 14 fortes] OV; fortis M, perperam in fortem mutat. exercitus] OV; exercitum M. quod] OV; quia M. 16 gratia et veritate] M; gratiae et veritatis OV. 19 acrioribus] O, M mutat. in acucioribus; accrioribus V. 22 est] M; om. OV uti ferme alias. 23 sunt praetermissa] M, quae quidem lectio nondum invento codice Marciano mihi iam probata erat; promissa O in textu; omissa V, O marg. 24 quia] M; et quia OV. 25 requiescet] requiescit OV. 26 *κατακλιθήσεται*] KATAKPHNCVCEI cod. M; KATACPHNONKEI Vat; KATAKPHNOYKEI O marg.

2. vita] Prov. 18, 21.

5. sed gloriam] Psalt. hebr. Hier. ' et exultavit gloria mea '.

12. meum] Ps. 3, 4.

16. veritate] Io. 1, 14.

17. exurge] Ps. 56, 9.

sensus : Paululum ibi commorabitur, et inferos videbit in transitu, anima quoque eius non relinquetur in inferno. 'Potestatem quippe habeo ponendi animam meam, et potestatem habeo iterum sumendi eam'. Nec dabitur a Patre videre corruptionem. Videre autem dixit pro pati, secundum illud ἰδιώμα scripturarum 'Quis est homo qui vivit, et non 5 videbit mortem?' Et alibi 'Qui cum non cognovisset peccatum, pro nobis peccatum fecit'. Simulque nota, quod Dominus et carnem habuerit et animam: carnem quae posita est in sepulchro, et animam quae descendit ad inferos. Et ut caro absque anima perfecta fuit caro, ita et anima sine carne perfecta anima fuit, et nullo indiguit naturae 10 suae officio, quod absque peccato humana anima habere consuevit. Hoc adversus novam haeresem. Simulque, quia nonnulli varie argumentantur, ex eo quod clausis ostiis ingressus est Dominus, non eandem carnem resurrexisse quae mortua est, audiant quid nunc Dominus ipse commemoret. Insuper et caro mea requiescet in spe. Certe Salvatore mortuo et 15 passo ea posita est in sepulchro caro, quae fuerat et viva; ipsa ergo et resurrexit, quae exanimata et mortua iacuerat in sepulchro. Si autem eadem resurrexit, quomodo quidam argumentantur spiritalem quandam et magnam et non nostram carnem in Domino resurrexisse? Nec hoc dicimus, quod negemus corpus Christi adsumpsisse eam gloriam, quam 20 nos quoque sanctos credimus accepturos. Tunc enim corruptivum hoc induet incorruptionem, et mortale hoc induet immortalitatem. Sed quomodo ante quam pateretur transformatus et glorificatus in monte eandem utique carnem habuit quam habuerat et deorsum, licet alterius

1 anima animam V. 2.3 habeo] habet M. ἰδιώμα] ΙΔΙΟΜΑ cod. M; idioma OV. Cf. supra 22, 13. 5 vivit] MV cum Rom. Psalt; vivet O. 7 peccatum fecit] M, et ita Hieron. Comment. in Eccles. 8, 5: p. factus est OV. 9 fuit caro] caro fuit M. 10 et nullo] M om. et. 12 haeresem] V; heresem MO. 13 ostiis] hostiis MOV. 15 requiescet] requiescit OV. mortuo et passo] OV; passo et mortuo M. 16 ea] M; om. OV. et viva] scripsi ex coniectura; et vivit OV; et solummodo M. - et resurr.] et expunct. in M. 19 magnam] Ita tres codd. Nec] Ne M. 21 enim] OV; cum M corr. ex eum. 22 induet] corr. ex induit M. incorruptionem, e. m. h. induet] om. M propter homoeotel.

3. eam] Io. 10. 18.

6. mortem] Ps. 88, 49.

7. peccatum fecit] 2 Cor. 5, 21.

12. adversus novam haeresem] Eandem nempe, in quam invehitur in Tractatibus Hieronymus supra, p. 197 et 397.

22. immortalitatem] 1 Cor. 15, 53.

24. licet alterius gloriae] Conferendus integer hic locus cum Comment. Hier. in Ion. 2, 7: 'Hoc est, quod apostoli

interpretantur in quinto decimo psalmo ex persona Domini prophetatum: *Quoniam non derelinques a. m. i. i. n. d. s. t. videre corruptionem...* dicimus idipsum quidem corpus et eandem carnem resurgere, quae sepulta est, quae in humo condita; sed mutare eam gloriam, non mutare naturam. *Oportet enim corruptivum hoc induere incorruptionem, et mortale hoc induere immortalitatem.*'

gloriae ; sic et post resurrectionem eiusdem naturae in eo caro fuit quae ante passionem fuerat, sed glorificationis augustiorisque conspectus, impleto illud quod Paulus ait ' Itaque nos ex hoc neminem novimus secundum carnem ; et si cognovimus secundum carnem Christum, sed nunc
5 iam non cognovimus '. Cogor in hoc loco dicere illud apostoli : ' O profundum divitiarum sapientiae et scientiae Dei : quam inscrutabilia iudicia eius et investigabiles viae eius ! ' Deus filius, Deus Verbum quamdiu in caelis fuit, et homines non tantum peccaverunt ut ad eos ipse descenderet, simplex et incompositus cum angelis thronis domina-
10 tionibus ceterisque virtutibus morabatur. Quando vero descendit ad homines, eos videlicet qui ex anima et corpore compacti erant, venit et ipse compositus, ne compositi simplicem ferre non possent. Rursum quia animae absque corporibus apud inferos tenebantur, quae in sua natura sunt simplices, et ipsa derelicta carne, non Deus Verbum, non homo
15 compositus, sed anima descendit ad inferos : ut quomodo unusquisque locus eum habebat necessarium, sic habitatoribus regionis illius cerneretur. — Scio plerosque, quoniam Christi corpus ecclesia est, et nos sumus membra, secundum *ἡνωμένοι* carnem Christi eos intellegere qui inferiores sunt, et animam illos qui perfectiores ; vel certe carnem eos

2 impleto illud] MOV, etsi in OV postea corr. *illo*. Vulgarem dicendi modum censeo, uti apud S. Benedictum, Regul. c. 63 ' excepto hos quos... abbas praetulerit. ' Cf. Evodii epistolam in Cod. lat. Monac. 8107, fol. 130^v ' ab omni macula aut ruga aut ab aliquid eiusmodi purificatam. ' (Rev. Bénéd., mense julio 1901, p. 256). 4 et si cognovimus secundum carnem] om. M. 11 et ipse] M ; OV om. et. 18 *ἡνωμένοι*] scripsi ; ANACTACIN cod. M, itemque O in marg ; ANATACIN in textu O ; vacat in V intervallum. Iam supra vidimus a librario scriptum T pro Γ (6,9), Ω pro Α (3, 20; 4, 5; 6, 20; 12, 16; 25, 14). 19 inferiores] M ; in inferiores O ; inferos V. animam] anima OV. carnem] carnes M.

5. non cognovimus] 2 Cor. 5, 16. — Conf. Tract. de ps. XCVIII. 154, 11 sq. et not. ibid.

7. eius] Rom. 11, 33.

14. non Deus Verbum, non homo compositus, sed anima descendit ad inferos] Adnotator codicis O subducto tractu calami ad haec verba animadvertit: *Hic locus videtur a catholica fide alienus, cum fide receptum sit, Dei Verbum simul cum anima Christi ad inferos descendisse.* Quid tum, o bone? Magnus quidem Hieronymus et doctrina praecellens : ast homo erat, et falli potuit. Ceterum mihi videtur hoc loco verbis magis errasse quam sensu. Cf. Theophili Alexan-

drini epistolam paschalem anni 402 ab Hieronymo translata, inter huius epistulas ordine nonagesimam octavam, n. 7 : ' Nec credibile est quod ad inferos caro eius descenderit, vel prudentia carnis, quae appellata sit anima, inferis apparuerit : sed quod corpus eius positum in sepulcro sit, et ipse nec de corpore et sapientia carnis nec de divinitate sua dixerit *Non derelinques animam meam in inferno*, sed vere de nostrae naturae anima, ut perfectam ac rationalem et intellegibilem atque sensibilem ad inferos animam descendisse monstraret '

14. *ne videretur quidem animam deum Verbum quod ex uno est Spiritus sanctus et deum Verbum simul cum anima Christi ad inferos descendisse. al. S. V. null. al. homo compositus, sed anima.*

qui sequuntur historiam, animam illos qui conscendunt ad intellegentiam spiritalem.

Notas mihi fecisti vias vitae, adimplebis me laetitia cum vultu tuo: delectationes in dextera tua in finem. Quia caro eius non vidit corruptionem, et anima eius derelicta non est in inferno, nunc post resurrectionem ad caelos victor ascendens, ex persona eius hominis qui resurrexerat, ait, *Notas mihi fecisti vias vitae: id est, didici quomodo homines liberentur ab inferis, qua ratione vitam adipiscantur aeternam.* Simulque considera, quod ille qui via et vita est, dixerit vias didicisse vitae, id est, quomodo homines eum qui se viam et vitam esse dixerit consequantur. ¹⁰ Et puto, sicut ipse est veritas, et loquens ad Iudaeos 'Si manseritis in sermone meo, cognoscetis veritatem, et veritas liberabit vos' quasi de alia loquitur veritate; ita, cum ipse sit vita, quasi de alia vita loquitur, et cum ipse sit via, alias sibi dicit vias fuisse monstratas, sive, ut in hebraeo legitur, 'viam': ut caro scilicet quam acceperat, et in carne eius ¹⁵ omne hominum genus, ea quae divinitatis Filii fuerant sibi nota esse gauderet. Propter quod exultare se dicit, et exultationem habere cum Patre (hoc est enim, cum vultu tuo, secundum illud 'Laetificabis eum in gaudio cum vultu tuo') et plenam perfectamque laetitiam et ineffabilem voluptatem, cum sederit ad dexteram Patris, et impleverit 'Dixit' ²⁰ Dominus Domino meo, Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedibus tuis'. Sedet ad dexteram Patris Filius in maiestate regnantis; et quia primum martyrem suum Stephanum contra Iudaeos viderat praeliantem, surrexit a solio, et stetit ad dexteram Patris, quasi et ipse pugnaret pro martyre. Haec est delectatio, haec ²⁵

1 *sequuntur*] M; *secuntur* OV. 6 *hominis*] om. M. 8 *vitam*] item om. M.
aeternam] m postea cancellata M. 9 *didicisse vitae*] *vitae didicisse* M. 10 *eum*] om.
M. *viam et vitam*] *via et vita* M. *esse*] V, O sup. lin. expuncto *est*; *est* item cod. M.
13 *loquitur... de alia*] om. M ob saepe iam dictam rationem. 15 *ut caro*] M; *et caro* OV.
acceperat] M; *assumpserat* OV. 17 *gauderet*] M; *gaudere* OV. 20 *voluptatem*] V, O
marg; *voluntatem* M, O in textu. 22 *pedibus tuis*] M; *pedum tuorum* OV. *Sedet ad*
dexteram] M; *sed ita dexteram* O in textu; *sedet itaque ad dexteram* V, O marg. 24 *a solio*]
ex M retinendum censui; *e solio* OV. 25 *haec voluntas*] O marg; *haec est voluptas* V;
haec voluntas M, O in textu.

6 *victor ascendens*] et infra 31,4 *victor penetravit ad caelos.* Notum est hoc verbum 'victor' nonnullis expositionibus fidei antiquis insertum esse, ubi de Christi ascensione ad caelos. Conf. L. Hahn, Biblioth. Symbol. edit. 3, p. 51, 74 et 78. Mirum sane istud quod gal-

licanum putabatur additamentum apud nostrum quoque Tractatorem inveniri.

12. *liberabit vos*] Io. 8, 31 sq.

14. *in hebr. legitur viam*] Psalt. Hier. ex hebr. 'ostendes mihi semitam vitae'.

19. *tuo*] Ps. 20, 7.

22. *tuis*] Ps. 109, 1.

23 f.] Act. 7, 56

voluptas in fine dispensationis sive victoriae : pro ' fine ' enim Aquila et Theodotion et omnes editiones, excepto Symmacho et Septuaginta, ' victoriam ' transtulerunt ; quod propterea sit passus, et resurrexerit, et victor penetrarit ad caelos, ut hominem a dextris Domini collocaret. 5 Notandum quoque, quod in hoc loco ubi nos legimus, Adimplebis me laetitia, Theodotion dixerit ' Septem laetitiae ' et ' Cum vultu tuo delectatio in dextera tua. Victori ' ; et Aquila et Symmachus transtulerunt ' Plenitudo laetitiarum cum facie tua ' vel ' apud faciem tuam ' et reliqua. Quaeritur ergo quare Theodotion septem pro plenitudine dixerit ? Quod 10 quidem facile sciet, qui hebraeae linguae saltim parvam notitiam habuerit. SABA enim verbum, ut in libro quoque Hebraicarum Quaestionum diximus, quattuor res significat : plenitudinem et satietatem, iuramentum et septem. Quia igitur ambiguum est, Theodotion, diversas gratias spiritus apud Deum esse cognoscens, putavit pro oportunitate loci septem magis debere transferri, quam plenitudinem satietatem et iusiurandum ; ut spiritum sapientiae et intellectus, spiritum consilii et fortitudinis, spiritum scientiae et pietatis, spiritum timoris Domini apud Deum esse monstraret : quae vere septem pleneque laetitiae sunt, non aliis, sed ei qui meruerit in Domini semper dextris delectari. Hac ratione 20 quidam suspicantur a philosophis septem caelos appellatos, et septem errantia sidera nuncupata. Porro Symmachus, ubi nos legimus, Delectatio in dextera tua usque in finem, ' Virtus, inquit, in dextera tua in aeternum ' : ostendens eum, qui virtutibus plenus sit, apud Deum iugiter permansurum.

25

DE PSALMO LXXXII.

Deus quis similis erit tibi ? Nullus erit similis tui. Ne taceas neque com-

3 *resurrexerit*] M; *resurrexit* OV. 4 *penetrarit*] M *it* corr. ex *et*; item *penetraret* O in textu; *penetravit* V, O marg. a *dextris*] ad *dextris* M. 6 *delectatio*] *delectacio* M; *delectationes* OV. 8 *tua. Victori*] Ita sane distinguunt tres codd. MOV. 9 *pro plenitudine*] M; *pro plenitudinem* OV. 10 *saltim*] M; *saltem* OV. 15 *transferri*] *transferens* O primum in textu. *satietatem*] *sacietatem* M; *sanctitatem* OV corrupte. 18 *esse*] *esset* OV. 20 *appellatos*] OV; *apellant* M, mutat. in *apellata*. 23 *plenus*] OV; corr. ex *plenis* M. 25 DE PSALMO LXXXII] Ex codd. LMOV.

11. *in libro quoque Hebraicarum Quaestionum*] scil. in Genes. 21, 30; 26, 32 sq; 41, 29. Locus, uti iam dixi, maximi momenti, quo huic seriei contionum nomen ipse suum Hieronymus inscribit. Huc etiam refer quae leguntur in Comment. Isai. 54, 1 : 'Sive pro septem

plures intellegendi sunt, iuxta hebraei sermonis ambiguitatem, quo et sabbatum significatur et plures : de quo in Hebraicarum Quaestionum libro, quem in Genesim scripsimus, plenius dictum est'.

pescaris Deus. Loquitur ecclesiasticus vir, de cuius utero fluunt flumina aquae vivae. Videt enim messem multam, et operarios paucos : grandem multitudinem credentium, et doctrinas modicas magistrorum : multos haereticos, multos adversarios, et paucos esse bellatores, qui pro Christo dimicent. Ne taceas neque compescaris Deus. Quare hoc ? 5

Quoniam ecce inimici tui sonaverunt. Haeretici loquuntur, et ecclesiastici tacent : illi sonant, et nos silemus : illi blasphemant, et nos non latramus. Quoniam ecce inimici tui sonaverunt. Pulchre dixit, sonaverunt : non enim sermo est in aedificatione comptus, sed tantum clamor incompositus ad destructionem. *Et qui oderunt te extulerunt caput.* Tanta 10 multitudo haeticorum est, et paucitas in te credentium.

Super populum tuum malignaverunt consilium. Hoc loquuntur, ut de tua ecclesia rapiant. *Cogitaverunt adversus sanctos tuos.* Nihil aliud cotidie cogitant, nisi quomodo ecclesiasticos decipiant atque subplantent.

Dixerunt, Venite disperdamus eos de gente. Novam rem video. Tanta 15 multitudo haeticorum est, et tanta dogmatum diversitas, ut inter se diversae sententiae sint, et in nostro tantum odio consentiunt. Quomodo enim Herodes et Pilatus inimici erant, et contra Christum agentes pacem fecerunt, et peior fuit eorum concordia quam fuerat inimicitia ; sic et isti scelerate dissident, sceleratius foederantur. 20

Adversus testamentum tuum disposuerunt. Tu locutus es per prophetas ; et illi per Manichaeum, Marcionem, Arrium, et Valentinum. *Tabernacula Idumaeorum et Ismahelitum.* Quoniam semel coepimus derelicta historiae vilitate sensum ad altiorem spiritualis intellegentiae expositionis modum extollere... Historia enim simplex est, in qua po- 25 pulus Iudaicus loquitur ad ceteras gentes, quae contra illum dimicabant. Ceterum quodcumque factum est, in typo nostro factum est. Israel oppugnatus est, victoria illius nobis profuit. Videamus ergo qui sunt qui adversus ecclesiam dimicent. *Tabernacula Idumaeorum.* Idumaei ter- 30 reni interpretantur. Pulchre dixit, tabernacula, non enim habent fun-

1 *fluunt*] om. L. 2 *et*] om. L. 6.8 *sonaverunt*] *sonuerunt* L. 6 *ecclesiastici*] OV ex superfluo add. *viri*. Cf. supra III² 15, 34 ' Illi (haeretici) pereant, ecclesiastici laetentur'; 63, 25 'Ecclesiastici enim rustici sunt...: omnes vero haeretici...' etc. 7 *non*] om L.
9 *in aedificatione*] MOV; *in hedificatione* L. 10 *qui*] *quia* L. *extulerunt caput*] *et extulerunt caput* L. 14 *ecclesiasticos*] Hic quoque OV add. *viros*. 19 *fuerat inimicitia*] *fuerant inimicitiae* L. 20 *dissident*] *discedent* OV. *foederantur*] *federantur* LM.
21 *testamentum tuum*] OV; *te testamentum* LM. *locutus*] LM; *loquutus* OV. 22 *Arrium et Valentinum*] OV; *et Valentinum Arrium* M; *Valentinum Arrium* L. 23 *Ismahelitum*] M; *Hismaelilum* LOV. 24 *vilitate*] *utilitate* O. *spiritalis intellegentiae*] corr. ex *specialis int.* O; *spiritali intellegentia* M. 25 *in qua*] LM; *in quo* OV. 27 *typo nostro*] *nostro typo* M.

damenta nec domus, sed tabernacula, sedes semper incertas. Et Idumaeorum et Ismahelitim. Ismahelitae interpretantur, quasi audientes. Pulchre dixit, quasi audientes : non enim audiunt Deum, sed praetergrediuntur.

5 *Moab et Agareni, Gebal et Ammon.* Singula nomina habent singula sacramenta : quot enim verba, tot mysteria. Moab, quod interpretatur, ex patre : non enim in patre sunt, sed ex patre, quia patrem pristinum reliquerunt. Et Agareni, qui interpretantur proselyti et advenae, qui fuerunt antea cives, postea facti sunt peregrini : non enim sunt de domo, sed
10 alieni sunt, quippe qui domum patris impugnant. Gebal, quod interpretatur vallis vana. Non sunt de montibus, sed de valle sunt: non enim sapiunt de sursum, sed de deorsum : non sunt de caelo, sed totum de terra sunt. Propterea dixit, vallis vana, quia est et vallis non vana : quicumque enim humilis est, et se propter Christum deicit, iste vallis et campus
15 est, non vanus, sed bonus. Ammon, et Amalech. Ammon quippe interpretatur populus falsus. Ergo de haereticis dicitur, populus falsus : non enim sequuntur eum qui dicit 'Ego sum veritas', sed eum sequuntur qui est princeps mendacii. Et Amalech, qui interpretatur lingens : nihil enim in ecclesia residere patiuntur, sed tota eius fundamenta lingunt. Non
20 comedunt scripturarum verba, sed lingunt terram quasi serpens.

Et alienigenae cum habitantibus Tyrum. Pro eo quod nos habemus alienigenae, in hebraeo scriptum est Philistim, quod interpretatur calix potionis, quia inebriantur de calice Babylonis, sicut dicit Hieremias : 'Calix aureus Babylonis inebrians omnem terram'. Vide quid dicat, calix

1 domus] domos L. 2 Ismahelitim] Ismahelite hoc loco M; Hismaelitim O mutat. in Hismaelitarum; Hismahelitarum V. quasi audientes] M; L add. deum; quasi non audientes OV hic et lin. seq. 5 Ammon] M; Amon ceteri. 7 non enim in patre sunt] LM; non enim patres sunt OV. 10 quod] om. L. 11 sapiunt] corr. ex capiunt V. 12 sed de deorsum] OV; sed deorsum LM. 13 est et] OV; LM om. et. 15 Ammon] MO; Amon LV. 16 de haereticis dicitur] OV; hereticis dicitur M; heretici dicuntur L. 19 tota] corr. ex totam V. 21 Et alienigenae] L cum Psalt. Rom; MOV om. Et. cum habitantibus] cohabitantibus OV. 24 sq. inebrians... Babylonis] om. M propter homoeotel.

1. *semper incertas*] Hic et in sequentibus proxime, ut vides, accedit ad priorem huius psalmi expositionem, III² p. 82 sq.

2. *quasi audientes*] Aliter Hieronymus supra III² 82, 9 sqq. 'Ismahelitae interpretantur oboedientes sibi... Ismahel h. e. oboedientes Deo' licet alibi Ismahelem 'auditionem Dei'

interpretetur, v. gr. in libro de Nomin. Hebr. et in Quaest. Hebr. in Genes. 16, 11. Verum, quod tanti viri pace dixerim, nihil eo inconstantius, ubi eiusmodi vocabulis ad allegoriam detorquendis indulget.

17. *veritas*] Io. 14, 6.

24. *terram*] Ierem. 51, 7. Cf. notam ad Tract. de ps. LXXVII 63, 29.

aureus Babylonis. Babylon interpretatur confusio; calix vero aureus, dogmata philosophorum et eloquentia oratorum. Quis enim non inductus a philosophis? Quis enim ab oratoribus mundi istius non seductus? Calicem aureum habent extrinsecus splendorem eloquentiae: et intrinsecus venena sunt condita, quae latere non poterant, nisi auri specie celarentur. 5 Vides quidem eloquentiae mella, et non suspicaris mortifera venena. Alienigenae cum habitantibus Tyrum. Tyrus interpretatur angustia. Vere enim angustiae ibi sunt, et non latitudo quod est Christus, sicut et apostolus ad Corinthios: 'Non angustamini in nobis, sed angustamini in visceribus vestris'.

Etenim Assur venit cum eis. Illi praecesserunt, et iste sequitur. Videamus qui sit iste qui sequitur. Assur quippe interpretatur diabolus: vere, quia ipse est et inimicus et vindex, sicut in octavo psalmo scriptum est 'Ut destruas inimicum et defensorem'. Ipse nos facit peccare, et ipse nos accusat ad puniendum. Etenim Assur venit simul cum eis. Habent diabolum 15 principem, habent imperatorem: non illis Iosias rex iustus imperat, sed Assyrius. *Facti sunt in adiutorium filiis Loth.* Loth interpretatur declinans, quod intellegitur, a Deo, sicut populus Iudaeorum: quia omnes haeretici consentiunt Iudaeis in blasphemiiis.

Multa sunt quae dicantur, sed hora excludimur: longum est enim per 20 singula currere. Quis enim possit facile dicere *Fac illis sicut Madian et Sisarae, sicut Iabin in torrente Cison. Disperierunt in Endor, facti sunt sicut stercus terrae. Pone principes eorum sicut Oreb et Zeb et Zebee et Salmana: omnes principes eorum qui dixerunt, Hereditate possideamus nobis sanctuarium Dei*? Putaverunt se ecclesiasticos esse, et sibi eccle- 25 siam vindicantes.

Deus meus pone illos ut rotam. Non sint stabiles, sed semper incerti: ut sedem non habeant, et semper volvantur instabiles. Sicut enim rota

1 aureus] L; om. OV. 3 enim] non repet. L. 4 habent] O in marg. expuncto
bibens, quod prius scriptum erat. 8 sicut et] L om. et. 9 ad Corinthios] L add. dicit.
angustamini] L; angustiamini ceteri. 11 eis] M; illis LOV. 12 qui sit] LM; quid
sit OV. quia] om. L. 13 est et] LM; OV om. et. 14 destruas] destruam M.
defensorem] M cum Rom. Psalt; ultorem ceteri. 15 simul] L iterum cum Rom. Psalt;
om. MOV. cum eis] omnes. 16 habent] OV inser. et. iustus] LM; om. OV.
20 excludimur] excluditur M corrupte. 23 Oreb et] L om. et. 24 Salmana] Psalmana
L. 25 sq. Putaverunt... vindicantes] LM; om. OV. 27 Non sint] non sunt OV.

10. vestris] 2 Cor. 6, 12.
14. defensorem] Ps. 8, 3.
24. possideamus nobis] Anno circ. 403,
in epistula CVI, n. 53, Hieronymus

pronomen nobis superfluum esse pronuntiabat: quod idcirco in Psalt. Gallicano ab eo expunctum est, sed in Romano adhuc comparet.

per se stabilis non est, ita et haeretici non stant in sententia sua, sed semper dogmata mutant. *Sicut stipulam ante faciem venti*. Undecim petit poenas contra illos, quia undecim apostolorum mysteria negaverunt. Sed dicat prudens lector : Quomodo unum versum in duos divides? Et scripturae violentiam facis : undecim apostolos dicis, cum sciamus Dominum
 5 Salvatore[m] duodecim habuisse discipulos. Ideo ergo undecim numerum ponimus, quia Iudas proditor, qui duodecimus fuerat, de numero decessit. *Deus meus pone illos ut rotam*. Habes unam plagam : diligentius ergo numera et cetera quae sequuntur. *Sicut stipulam ante faciem*
 10 *venti*: ecce secunda. *Sicut ignis qui comburit silvam* : ecce tertia. *Sicut flamma comburens montes* : quarta. *Ita persequeris eos in tempestate tua* : quinta. *Et in ira tua conturbabis eos* : sexta. *Imple facies eorum ignominia* : septima. *Et quaerant nomen tuum Domine* : octava. *Erubescant et turbentur in saeculum saeculi* : nona. *Et confundantur et pereant* : decima.
 15 *Et cognoscant quia nomen tibi Dominus* : undecima. *Tu solus altissimus super omnem terram*.

Hucusque iracundia est : quod sequitur iam clementia est. *Et in ira tua turbabis eos*. Non dixit, occide, sed, turba illos, ut revertantur ad te : ecce sex. *Imple facies eorum ignominia* : non poena, ne morti
 20 exclusi, redire ad Dominum non possint. *Imple facies eorum ignominia*, non poena. Quare ergo non occidas eos? Sermo divinus exponit : *Ut quaerant nomen tuum Domine*. Si enim quaesierint, et invenient. Qui inducti sunt ab haeticis, ad Dominum convertentur : ecce septem. *Confundantur et pereant*. Qui erubescit in peccatis, proximus est

1 *ita et*] LM; om. OV. 2 *stipulam*] *stipula* L. 3 *quia*] LM; *qui* OV. 4 *divides*] omnes codd., non *dividis*. *Et*] LM; om. OV. 5 *dicis*] LM; *dicit* OV. *sciamus*] LM; *sciatis* OV. 6 *habuisse discipulos*] *discip. hab.* L. *undecim*] LM; *undecimum* OV. 9 *stipulam*] *stipullam* V; *stipula* L. 11 *quarta*] LM; *ecce quarta* OV. *eos*] LM, Rom. Psalt; *illos* OV. 13 *quaerant*] *querant* L; *quaerent* ceteri. 14 *turbentur*] L; *conturbentur* ceteri. *saeculi*] L; om. MOV. *Et confundantur*] LM; OV om. *Et. 16 super omnem terram*] LOV; *in omni terra* M. 18 *turbabis*] LM; *conturbabis* OV. *occide sed*] scripsi; *occides sed* omnes codd. *turba*] M; *turbas* L; *conturbabis* OV. *illos*] M; *eos* LOV. 19 *morti exclusi*] MOV. cf. H. Rönsch, Itala u. Vulg. p. 436; *mortis exclusi* L. 21 *occidas*] LM; *occides* OV. 23 *convertentur*] *revertentur* L.

1. *semper dogmata mutant*] Hieron. Tract. de ps. V. 15, 14 'cotidie enim haeretici inmutant dogmata sua': Tract. de ps. CXLIII. 283, 15 'haereses... cotidie mutantur'.

4. et pag. seq. l. 1. *dicat prudens lector*] Hieron. Tract. de ps. VII. 24, 15 'prudens lector intellege'; ep. 78, mans.

14 'Et hoc prudens lector adtende'; epist. 108, 20 'Dicat prudens lector'; in Is. 1, 13 'Quod si prudens lector quaesierit'; in Is. 9, 2-4 'diligens lector agnoscat' etc. Itemque hic supra 25, 16 'Diligens lector perfacile iudicabit'; 25, 26 'curiosus lector obiciat'.

in peccato : ecce octo. Dicat prudens lector: Huic interpretationi quam dixisti contrarium est, Et pereant. Qui enim ad hoc confunduntur ut salventur, quomodo peribunt ? Pereant, pereant, inquit, haeretici, et salventur ecclesiastici. Quomodo si dicas, Adulter iste pereat, non quod optes perire adulterum, sed quod adulterium pereat in ipso ; neque quando 5 salvatur adulter, adulter salvatur, sed iustus et castus. Ut sciatis illum esse sensum quem diximus, ipse Spiritus sanctus ita loquitur : Confundantur et pereant. Quomodo pereant ? *Ut cognoscant quoniam nomen tibi Dominus.* Pereant in errore, in veritate salventur. *Tu solus altissimus in omni terra.* Non haeticorum conventicula, non Valentini aeones et dies 10 innumerabiles, non Basilides qui trecentos sexaginta et quinque deos asserit ; non, inquit, innumerabilis multitudo falsorum deorum, sed tu solus altissimus in omni terra. Cui est gloria in saecula saeculorum. Amen.

DE PSALMO LXXXIII.

15

Iam pridem cum de octogesimo psalmo, diximus quod titulus octavi

1 *in peccato*] *in peccato* OV. Vox 'inpeccantia' ab Hieronymo haud raro usurpatur ; sed neque deest apud du Cange (edit. Paris. 1844, t. III, p. 842) *inpeccatus* eiusdem significantiae atque gr. ἀπειρητος = irreprehensibilis. 2 *dixisti*] M ; *dixit* OV ; *dixi* L. *ad hoc confunduntur*] *conf. ad hoc* L. 3 *Pereant, pereant*] OV ; verbum in LM non iteratur. 5 *quando salvatur adulter*] M ; corr. ex *q. salvator a.d.* L ; *q. salvantur adulteri* OV. 6 *adulter salvatur*] *servatur* M, nec repet. *adulter.* 8 *quoniam*] OV ; *quia* LM. 9 *errore*] L inser. *ut.* 10 *Valentini aeones*] scripsi ; *Valentini aenias* (post. corr. *neniae*) M ; *Valentiniani aeonas* L ; *Valentiniani* solummodo OV. Hieronymus ubi in Valentini mentionem incidit, ἀἰώνες ab eo excogitatos graeco vocabulo commemorare consuevit. *dies*] codd., pro *dii*? 11 *trecentos*] *trescentos* L. *et*] LMO ; om. V. 12 *falsorum*] *fictorum* L. 15 *DE PSALMO LXXXIII*] Ex uno cod. Laurentiano ; priorem de eodem Psalmo tractatum habes supra t. III², pp. 85 sqq. 16 *psalmo*] Videtur notio aliqua deesse, ut puta *tractaremus* vel aliud quid simile.

11. *deos asserit*] Hieron. Dialog. cont. Lucifer. n. 23 'tunc Basilides summum deum Abraxas cum trecentis sexaginta quinque editionibus commentitus est' ; in Amos 3, 9 sq. 'ut Valentinus ἀἰώνες triginta... , ut Basilides qui omnipotentem Deum portentoso nomine appellat Ἀβραξάξ; et eundem secundum graecas litteras et annui cursus numerum dicit in solis circulo contineri' ; in Gal. 1, 4 'Quapropter Valentini deliramenta et fabulae contemnendae sunt, qui triginta ἀἰώνες suos, ex eo quod in scripturis saecula legantur, affinxit' etc.

16. *cum de octogesimo psalmo*] Conf. supra III², p. 68, l. 26 ; p. 70, l. 5.

Item Comment. in Ezech. 45, 13 sq. 'De his torcularibus tres psalmos legimus, octavum, et octogesimum, et octogesimum tertium, qui omnes ad ecclesiae sacramenta referuntur.' Et in Is. 63, 3 sqq. 'Dicendum est itaque de torculari, quod iuxta scripturae sanctae consuetudinem, interdum pro ultione atque suppliciis ponitur peccatorum, interdum in congregatione novorum fructuum... In bonam partem inscribuntur psalmi pro torcularibus, octavus, [et octogesimus,] et octogesimus tertius. De quibus in suis locis, si vita comes fuerit, Domino praebente dicetur.'

psalmi, et octogesimi, et octogesimi tertii psalmi, hoc est istius, pro torcularibus praenotaretur. Torcularia ergo diximus quasi horrea, in quibus fruges recondantur. Videamus ergo quod dicit.

Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum. Ista ergo sunt torcularia, in quibus frumentum spiritale condendum est. 'Facite vobis amicos de mamona iniquitatis, qui vos recipiant in aeterna tabernacula'. *Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum.* *Quam dilecta tabernacula,* per quae homo de terra transfertur ad caelum. *Concupiscit et deficit anima mea in atria Domini.* Felix ista cogitatio, quae diebus ac noctibus Domini desiderat tabernacula. Qui peccator est, cum mors venerit, non cogitat de istis tabernaculis, sed de poenis: non considerat regna caelorum, sed gehennae flammam pertimescit. *Concupiscit et deficit anima mea in atria Domini.* Videte quo amore vel qua concupiscentia sancti viri animus vulneretur in atria Domini. Pulchre dixit: ego ostia considero, et intus domus qualis sit nescio.

Cor meum et caro mea exultaverunt in Deum vivum. Audi, haeretice, quid dicat. *Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum:* de regnis caelorum loquitur. 'Multae mansiones apud Patrem meum' Dominus in evangelio dicit. *Concupiscit et deficit anima mea in atria Domini:* haec sunt atria in quibus sancti in aeternum habitabunt, quae propheta desiderat. *Cor meum et caro mea.* Videtis ergo quod et anima et caro pariter desiderant regna caelorum. Si autem caro in aere dissolvitur, si non resurget, sicut haeretici putant, quomodo caro prophetae desiderat regna caelorum? *Cor meum et caro mea:* quia pariter laboraverunt, pariter expectant retributionem. Si communis labor, quare non commune sit praemium? Obsecro vos ut cum venia audiatis. Magis laborat caro in praesenti saeculo quam anima: quia anima imperat, caro servit. Aliud

2 horrea] absque h. L. 8 per quae] per quem L. 8.12 deficit] defecit L. 9 ac] 1 m. corr. ex an L. 11 poenis] penis L. 12 Concupiscit] concupivit hoc loco L cum Psalt. Rom. 14 ostia] hostia L. 19 deficit] defecit L. 25 commune] communis L, s postea erasa. 27 Aliud] d ex t 1 m. L, pro alius?

6. *tabernacula]* Luc. 16, 9. Cf. III² 70, 22 'Ista sunt torcularia, de quibus dicit et Salvator: *Facite vobis amicos... tabernacula*'.

9. *Felix ista cogitatio]* Hieron. supra III² 130, 20 'Una cogitatio felix est, cogitare de Domino'.

12. *gehennae flammam pertimescit]* Tract. de ps CXIX, p. 228, l. 19 'Si octogenarii fuerimus, timemus mori; si centenarii sumus et aegrotamus,

tamen comestum et spatium postulamus. Hoc totum quare facimus? Quia peccatorum nos conscientia remordet. Scimus enim, quia si recedamus de corpore, non imus ad Christum, sed ad gehennam'.

18. *meum]* Io. 14, 2.

23. *sicut haeretici putant]* Origenistas notat, uti apparet ex Libro contra Iohannem Hierosol. n. 23 sqq.

labor servientis, aliae deliciae imperantis. Desiderat anima Dominum : caro ieiunat, caro in terra iacet in frigore, in carcere, in martyrio verberatur, caeditur, damnatur, carnis iniuria est. Dolet quidem anima : sed dolor nisi per carnem ad eam non pervenit. Sed dicat aliquis : Quomodo dicit apostolus, quia 'caro et sanguis regnum Dei non consequentur' ? 5 Vis scire quomodo scriptum est ? Audi loquentem in Genesi Dominum : 'Non permanebit spiritus meus in homine in aeternum, quia caro est'. Quare ? quid enim est ? Tu carnem fecisti, et carnem accusas et damnas ? Sed quod dicit Deus hoc est : non permanebit spiritus meus in hominibus istis, quia non vivunt secundum spiritum, sed secundum carnis vitia 10 et voluntatem. Det et apostolus testimonium : 'Quicumque in carne sunt, Deo placere non possunt'. Si omnes qui in carne sunt Deo placere non possunt, quomodo ipse qui loquitur Paulus Deo placuit ? quomodo Petrus vel ceteri apostoli sanctique placuerunt, quos in carne fuisse negare non possumus ? Sicut idem iterum dicit : 'Vos autem in carne 15 non estis, sed in spiritu.' In carne erant : et quomodo dicit, In carne non estis ? Quia non vivitis secundum carnem, quia 'nostra conversatio in caelis est'. Nos enim qui in isto saeculo 'peregrinamur a Domino', in terris quidem ambulamus, sed ad caelestia festinamus : quia hic locum proprium non habemus, sed advenae et peregrini sumus, sicut 20 omnes patres nostri.

Etenim passer invenit sibi domum et turtur nidum ubi reponat pullos suos. Hoc est quod in evangelio dicit Dominus : 'Vulpes foveas habent, et volucres caeli nidos'. Etenim passer invenit sibi domum. Cotidiano exemplo dedit similitudinem. Quia dixerat, Quam dilecta tabernacula tua, 25 quae concupiscit anima mea, et caro mea desiderat regna caelorum ; dat similitudinem, et dicit : Aves liberae sunt, et quamvis vagentur per aerem, tamen nidorum suorum meminerunt, et revertuntur ad eos. Si ergo passer nidos requirunt, quare anima humana non quaerat habitacula sibi a Domino praeparata ? 30

Altaria tua, Domine virtutum. Quid intellegitur, Etenim passer invenit sibi domum, et turtur nidum ubi reponat pullos suos : altaria tua,

22 *nidum ubi reponat*] L more suo sequitur Psalt. Rom. 27 *liberae sunt*] *liberes sunt* L, priori s postea erasa. *quamvis*] scripsi ; *quam* solummodo L. *per aerem*] *per aeram* L. 31 *intellegitur*] *intellig.* L.

5. *non consequentur*] 1 Cor. 15, 50.
Cf. supra III² 279, 24.
7. *caro est*] Gen. 6, 3.
12. *non possunt*] Rom. 8, 8.
16. *in spiritu*] Ibid. 9.

17. *in caelis est*] Phil. 3, 20.
18. *a Domino*] 2 Cor. 5, 6.
21. *patres nostri*] Cf. Ps. 38, 13.
24. *nidos*] Matth. 8, 20.

Domine virtutum? quae consequentia est? Ex superioribus pendet. Concupiscit et deficit anima mea in atria Domini: altaria tua, Domine virtutum. Vidit Iohannes in Apocalypsi altare Domini, sub quo erant animae iustorum. Sic enim dicit: 'Vidi sub ara Domini animas occisorum
5 propter verbum Domini et testimonium Iesu'. Sub altario Dei erant, quia pro Christo in martyrio fuerant immolatae; victima enim Domini Salvatoris in caelis esse sub altario merebatur.

Beati qui habitant in domo tua Domine: hoc est in ecclesia sive praesenti, sive 'ecclesia primitivorum'. *In saecula saeculorum laudabunt te.* Vide
10 quale sit officium martyrum: quod et angelorum. Quod ergo illi faciunt in caelo, hoc nos imitamur in terra. Quando ergo vocamur ad psalmos et neglegimus, laudes contemnimus Dei.

Beatus vir cuius est auxilium abs te. Nostrum incipere, Dei est adiu-
vare. *Ascensiones in corde suo disposuit.* Cotidie cogitat quomodo ascen-
15 dat, non quomodo descendat. Quicumque peccator est, non ascensiones, sed descensiones ponit in corde. Ideo et Iacob vidit angelos ascendentes et descendentes. Ascensiones in corde disposuit: quod suum est, bonum cogitat, effectum autem Deo derelinquit. Nostrum est disponere, illius est perficere. Videamus ubi disposuit ascensiones. Audi quid dicat: *In*
20 *valle lacrimarum, in loco quem posuit.* Legimus in Iudicum libro, quando venit angelus, et populo praedicavit paenitentiam dicens, Reliquistis Dominum, et Dominus derelinquet vos; quod populus cum audisset flevit, et appellatus est locus ille Vallis lacrimarum. Veteris sumus historiae recordati, ut haeresim fugeremus. Vallem autem lacrimarum, spirita-

2 deficit] defecit L. 3 in Apocalypsi] in apocalipsin L. 5 Iesu] Ihesu L. Sub
altario] scripsi; sub altaria L. Cf. infra lin. 7, et Goelzer p. 282. 10 officium] offitium L.
11 imitamur] imitamus L. Cf. Roensch, Ital. u. Vulg. p. 300. 12 contemn.] contempn L.
18 derelinquit] dereliquid L. 22 audisset] t ex d i m. L. 23 appell.] apell. L. Veteris
sumus] Veterissimus L.

5. et testimonium Iesu] Apoc. 6, 9.

9. primitivorum] Hebr. 12, 23.

11. nos imitamur in terra] III² 218,
25 'Sicut enim martyres laudant Dominum pure in regione vivorum, ita et monachi... Quod enim faciunt angeli in caelis, hoc monachi faciunt in terris'. Vides utrobique inter martyres angelos et monachos comparisonem institui.

13. Nostrum incipere] et post pauca *Nostrum est disponere.* Dicendi ratio Hieronymo in consuetudinem versa, uti videre est cum aliunde tum ex locis

notatis supra 24, 18 et III² 11, 30; 14, 14; 185, 22; 284, 21 item hic infra, ubi de Psal. XC. Quae tamen succedente tempore haud tolerari posse visa est, inprimis Ianuario illi presbytero, cuius ad abbatem Hadrumetinum latentem adhuc epistolam nuper edidimus, Rev. Bénéd. t. XVIII (1901), p. 248, l. 62 sqq.

23. Vallis lacrimarum] Cf. Iud. 2, 1-5.

24. ut haeresim fugeremus] Origenistarum scilicet, de animis e caelo lapsis in corpora. Cf. supra III² 107, 12.

liter hoc saeculum possumus intellegere. Non enim sumus in monte, hoc est in regno caelorum, sed in valle, hoc est in tenebris mundi istius; et errore eiecti sumus de paradiso cum Adam in convallem lacrimarum, ubi paenitentia, ubi lacrimae sunt. In valle lacrimarum, in loco quem posuit. Quid dixit? Quem posuit locum Deus ad certandum: ut hic 5 contra diabolum, contra peccata certemus, ut in caelestibus coronemur. Quare ergo dedit certamen pugnandi? Numquid sine certamine nos vivificare non poterat Deus? Sed dedit quasi agonothita, dedit stadium, ubi luctam adversus vitia faciamus: ut non dormientes nos, sed laborantes, postea merito coronaret. Quid sequitur? 10

Etenim benedictionem dabit qui legem dedit: propterea locum dedit ad certandum, ut postea benedictionem daret, qui legem nobis certaminis dederat. *Ibunt de virtute in virtutem*. Vides quia conveniens sensus est. Ibunt de virtute in virtutem: ideo hic pugnant, ut ibi postea coronentur. Vadunt de virtute in virtutem. Non dixit, de infirmitate ibunt in virtu- 15 tem: nisi enim hic fortes fuerint, non erunt postea fortiores. Sed dicat aliquis, Misericors est Deus. Sed videte quid sequitur: *Misericordiam et veritatem diligit Dominus*. Est quidem misericors, sed [et] verax. Quando audis, misericors, non debes esse negligens, quia sequitur, et verax. Rursum quando audieris veritatem, noli desperare, noli tantum Deum 20 putare esse crudelem: quia veritatem misericordia temperat. 'Calix enim in manu Domini plenus mixto, inclinavit de hoc in illud': hoc est, de misericordia veritatem, et de veritate misericordiam temperavit. *Videbitur Deus deorum in Sion*. Quando ierint de virtute in virtutem, tunc Deus deorum videbitur in Sion. Cui est gloria in saecula saeculo- 25 rum. Amen.

1 in monte h. e. in regno] in montem h. e. in regnum L.
m. L. 18 et] om. L, etsi sermonis consequentia exigit.

17 videte] ex vedete corr. I

1. *Non enim sumus in monte*] III² 89, 10 'Consideremus quod in valle sumus: non sumus in monte, non sumus in paradiso' etc.

9. *non dormientes nos, sed laborantes*] III² 66, 28 'Neque enim dormientes nos Deus adiuvat, sed laborantes'; 185, 17 'Quando laboramus, tunc adiuvat nos Deus... Athleta enim dormiens perdit victoriam'; et hic infra Tract. de Psal. XC. 'Neque enim dormientes coronat, sed laborantes'.

15. *Non dixit, de infirmitate etc.*] III² 90, 3 'Neque enim dixit, ibunt de inbecillitate in virtutem, sed, ibunt de virtute in virtutem. Vis ibi esse fortis? ante hic esto fortis. Vis ibi coronari? hic pugna'.

19. *sequitur, et verax*] III² 210, 24 'Erige aures, peccator: misericors est Dominus. Sed noli esse negligens: sequitur enim, et iustus' etc.

22. *in illud*] Ps. 74, 9.

DE PSALMO LXXXIII.

In finem filiis Chore psalmus. Chore interpretatur Calvaria, locus dominicae passionis. Nos omnes filii Chore sumus, qui credimus in illius resurrectionem. Quid ergo dicimus et consona voce cantamus?

5 *Benedixisti Domine terram tuam.* Melius dicitur in graeco Εὐδοκίῃσας ^{ἡ γῆ} ~~κέρει~~, hoc est, bene placuit tibi Domine in terram tuam; placuit tibi, hoc tibi visum est, hoc decrevisti, ut per tuam misericordiam quod in sequenti versu dicitur impleres: Avertisti captivitatem Iacob, remisisti iniquitatem plebi tuae, operuisti omnia peccata eorum. Verum et latinum sensum
10 ita possumus intellegere. Benedixisti Domine terram tuam. Terra, quae prius maledicta fuerat, tuo adventu benedicta est. Quae prius audierat 'Spinas et tribulos germinabis', nunc dicitur, sicut in Cantico canticorum scribitur, 'Flos campi et lilium convallium'. Terra, quae prius spinas germinabat, audit in Esaia: 'Exiet virga de radice Iesse, et flos de
15 radice eius ascendet.' *Avertisti captivitatem Iacob.* Venit ergo Dominus praedicare captivis remissionem. Hoc est quod in alio loco dicitur 'Captivam duxit captivitatem': hoc est, nos qui prius a diabolo in perditione capti fuimus, nunc a Salvatore capimur in salutem.

Remisisti iniquitatem plebis tuae. Hoc in baptismo credimus esse
20 completum. *Operuisti omnia peccata eorum.* Hoc in paenitentia, sicut in tricesimo primo psalmo dicitur: 'Beati quorum remissae sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata'. In baptismo nobis iniquitates remittuntur, in paenitentia vero peccata quae fuerant proteguntur: non dimittuntur, sed proteguntur. Diligenter vim sermonis consideremus.

1 DE PSALMO LXXXIII] Ex codd. LMOV. 3 Nos] L inser. enim. 5 Εὐδοκίῃσας ^{ἡ γῆ} κέρει] ΕΥΔΟΚΥΑC ΚΥΡΗE cod. L; ΕΥΔΟΚΥCΑC ΗΥΠΙE Marc; ΕΥΔΟΚΙCACKΙΠΙE Ott; ΕΥΔΟΚΙCΑC ΚΙΠΙE Vatic. 6 bene placuit] LM; placuit OV. in terram tuam; placuit tibi] LM (in terra tua M); om. OV. 7 in] om. L. 9 plebi] OV cum Psalt. Rom. et gr. τῷ λαῶ σου; plebis LM. 11 fuerat] fuit L. 12 germinabis] M; germinabit LOV. dicitur] dicitur M. in Cantico] OV; a cantico M; in canticis L. canticorum scribitur] scrib. cantic. M. 13 spinas] LM; tribulos et spinas OV. 17 perditione] perditione OV. 18 capti] M; captivi LOV. fuimus] a corr. ex i M. 19 plebis] omnes codd. hoc loco. Hoc] OV inser. enim. 20 Hoc] L; Hoc est MOV. paenitentia] patientia V. 21 primo] om. V.

12. germinabis] Gen. 3, 18.

13. convallium] Cant. 2, 1.

15. ascendet] Is. 11, 1.

17. captivitatem] Ephes. 4, 8.

22. peccata] Ps. 31, 1.

23. non dimittuntur, sed proteguntur] Erit profecto cui displiceat haec Tractoris interpretatio; verum ita fere

etiam Ambrosius, De paenitentia II. 5, 24 apud Migne P. L. 16, 506 A: 'Utrumque enim beatum dixit, et cuius iniquitas remittitur per lavacrum, et cuius peccatum tegitur operibus bonis'. Cf. etiam Primas. in Apocal. (P. L. 68, 820 C.) ubi adserit 'peccatum baptismo remitti, paenitentia tegi.'

Adveniente quippe Domino Salvatore, omnes nobis iniquitates in baptismo penitus remittuntur. Quando enim sine lege vivebamus, sine lege peccabamus, ἀνομία graece dicitur, hoc est sine lege, peccatum; quando autem baptisma accepimus, nequaquam dicitur ἀνομία, sed peccatum dicitur peccatum. Peccatum enim non imputatur, nisi ei qui scit esse 5 peccatum: ubi mandati transgressio, ibi verum peccatum. Vultis scire quomodo operiantur peccata virtutibus? Heri luxuriosus eram, hodie pudicus: pudicitia operit luxuriam. Heri imprudens eram, hodie prudens, paeniteo errorem: prudentia operit imprudentiam. Heri aliena rapiebam, hodie mea distribuo: elemosina operit avaritiam. Beatus cui iniquitates 10 in baptisate remittuntur: secundum autem est quasi tabula post naufragium paenitentia. Ergo et ille beatus dici potest: licet cum periculo liberetur, sed quia liberatur in paenitentia, beatus est appellandus.

Mitigasti omnem iram tuam, avertisti ab ira indignationis tuae. Videte 15 quid valeat paenitentia: imminentem iram prohibet Dei. *Converte nos Deus salutem nostrarum.* Non dixit, salutis nostrae: quia multa peccavimus, multis salutibus indigemus. *Numquid in aeternum irasceris nobis? aut extendes iram tuam a generatione in generationem?* Ira tua profecit in salutem: propterea priori populo iratus es, ut nostro mise- 20 rearis. *Tu conversus vivificabis nos, et plebs tua laetabitur in te. Ostende nobis Domine misericordiam tuam, et salutare tuum da nobis.* Quod in

1 nobis] LM; nos OV. 3.4 ἀνομία] LM, L 1 loco add. quippe; ANOMA codd. OV.
4 accepimus] accip. LM. 5 imputatur] imputabatur L. 7 operiantur peccata] M; peccata operiuntur L; operiatur peccatum OV. 8 eram, hodie prudens] om. L. 9 paeniteo errorem] L; penito errorem M, postea corr. perito errore; paenitet erroris OV. 10 distribuo] destr. V. 11 secundum] ita L, sup. lin. corr. secunda: cf. III² 223, 2 'Aliquis dicat, Et hoc facere secundum est? Ego dico, secundum'; secunda item MOV. 13 liberetur] liberentur V. 17 salutem nostrarum] scripsi, ut in priori tractatu de hoc psalmo, III² p. 93, 25; salutem nostrarum L, corr. ex s. nostram; salutarium nostrarum M; salutarium nostrorum OV. 18 salutibus] OV; salutis L, M corr. salutaribus. 19 extendes] extendis OV. 20 profecit in] L; proficit ad MOV. iratus es] L; es om. ceteri, nostro] mutat. in nostri M.

5. dicitur peccatum] Hier. in Os. 8, 13 sq. 'Inter ἀνομία, id est iniquitatem, et peccatum hoc interest, quod iniquitas ante legem, peccatum post legem est... Secundum autem anagogen iniquitates, id est ἀνομία et ἀδικία vocantur, quas ante baptismum commisimus, et quae nobis in baptisate sunt dimissae: peccata autem, quae post baptismum egimus, de quibus et in psalmo

scriptum est *Beati quorum remissae sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata*'.

7. quomodo operiantur peccata virtutibus] Cf. priorem de hoc psalmo tractatum III² p. 93, 19.

11. quasitabula post naufragium] Lege sis not. ad tract. de ps. 95, III² 134, 10. Cf. etiam Hieron. ep. 84, 6 'Secunda post naufragium tabula est...'

latino dicitur salutare, in hebraeo dicitur Iesus. Ergo in hebraeo ita dicitur, Ostende nobis Domine misericordiam tuam, et salutare suum da nobis : Nisi ante misericors fueris in genus humanum, Iesus tuus non dabitur nobis.

5 *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus.* Propheta pro populo deprecatur, et qui loquitur in se loquente Deo, et dicit, Audiam quid loquatur in me Dominus Deus. Vides quoniam Deus non in auribus sed in corde loquitur ; sicut et Zacharias dicit : ‘ Et angelus qui loquebatur in me dixit mihi’. Ibi angelus Dominus noster intellegitur, qui Patris
10 annuntiat voluntatem, qui in Esaia angelus magni consilii appellatur. Audiam quid loquatur in me Dominus Deus : inclinabo aurem cordis, ut audiam quid loquatur in me Dominus Deus.

Quoniam loquetur pacem in plebem suam, et super sanctos suos, et in eos qui convertuntur ad cor. Tria genera video populi : plebem,
15 sanctos, et eos qui convertuntur ad cor. Loquitur pacem cum plebe sua : non cum populo Iudaeorum, de quibus in Osee dicit ‘ Non plebs mea vos’, sed de omnibus christianis qui crediderunt in eum. Omnes enim quicumque in ecclesia sunt, plebs Domini in commune vocantur. Qui autem iam primi sunt in eis, et spiritalibus actibus proficiunt, sancti
20 Dei vocantur, sicut Paulus in epistolis suis ad ecclesias scribit et ad sanctos qui in eis sunt. Sequitur hoc tertium, Et in eos qui convertuntur ad cor. Hi qui a diabolo subplantati fuerant, postea agentes paenitentiam ad virtutes convertuntur. Eo enim tempore quo peccaverunt, cor

1 *Iesus]* *ihesus* L ; *Iesu* OV. 2 *Ostende... da nobis]* L ; om. ceteri. 5 *pro]* om. L.
6 *qui loquitur]* LM ; OV om. *qui.* *et dicit]* LM ; OV om. *et.* 9 *in me]* *mecum* L.
11 *inclinabo... Deus]* om. L ob homoeotel. 12 *Dominus]* om. M. 14 *convertuntur]*
convertentur V, item OV lin. seq. 15 *et eos]* *et in eos* MV. 16 *populo]* O 1 m. add.
suo, quod postea expunctum est. *Osee]* *Oseae* V. 17 *de omnibus]* iuxta quattuor codices,
etsi magis placuisset *cum omnibus* ; fortasse praepositio *de* ex plica litterali (*sed e omnibus*) orta
est, et legendum *sed omnibus*. 18 *plebs]* corr. ex *plebes* O. *in commune vocantur]*
LM ; *in communi voto una vocantur* OV : conf. adnot. crit. infra. 20 *ecclesias]* *aeccliam*
L ; item O sed postea corr. 21 *convertuntur]* corr. ex *convertentur* O. 22 *Hi]* *Hii* L.

1. *in hebraeo dicitur Iesus]* Idem Hieron. saepissime in priori serie orationum III² 32, 19 ; 66, 24 ; 145, 19 ; 216, 23 ; 422, 18.

9. *mih]* Zach. 1, 9 etc.

10. *consilii]* Is. 9, 6 sec. LXX.

17. *mea vos]* Os. 1, 10.

18. *in commune]* Cum mihi primum solummodo suppeteret lectio codicum OV *in communi voto*, supplicationem

quandam liturgicam heic indicari existimabam. Et ipsa quidem dictio invenitur in Sacram. Gelas. edit. Wilson, p. 28 : ‘ *Commune votum* communis oratio prosequatur.’ Verumtamen genuinum textum codicibus LM repraesentari probabile est. Ceterum usque hodie in canone Missae Romano legitur : ‘ Unde et memores, Domine, nos servi tui, sed et *plebs tua* sancta...’

amiserunt, hoc est, cordis prudentiam, quam conversi ad meliora recipiunt. Audi Montane, audi Novate, audi Maximilla et ceteri cata Phrygas, qui dicitis non esse paenitentiam. Dominus loquitur ad plebem suam, ad omnes utique christianos, et sanctos suos qui in ecclesia primi sunt, et ad eos qui convertuntur ad cor, hoc est, qui agunt paenitentiam. 5
Beatus quidem est, quem numquam peccatum aliquod maculavit, cui numquam aliquod vulnus infixum est: tamen secunda beatitudo est, post vulnus sanare cicatricem.

Verumtamen prope est timentibus eum salutare ipsius. Vide quid dicit. Qui timent Dominum, prope habent Dominum, quoniam timor necdum 10
habet perfectionem: 'Perfecta enim dilectio foras mittit timorem'. Ergo nos qui diligimus Dominum, non iuxta, sed intus habemus. 'Inhabitabo quippe in eis et inambulabo, et ero illorum Deus et ipsi mihi erunt populus'. *Ut inhabitet gloria in terra nostra.* Haec est terra quam in alio loco dicit 'Terra dedit fructum suum'. Fructus terrae nostrae est panis 15
vitae, qui nobis in Bethleem natus est; Bethleem quippe domus panis interpretatur. Et hic panis, qui in Bethleem ortus est, factus est nobis de caelo descendens, in cuius mysteria angeli desiderant.

Veritas de terra orta est, et iustitia de caelo prospexit. Veritas re-
missionis de terra orta est, et sol iustitiae de caelo prospexit: ut 20
lumen suum in tenebris et umbra mortis constitutis hominibus largiretur.

Misericordia et veritas obviaverunt sibi: iustitia et pax osculatae sunt. Misericordia et veritas obviaverunt. Duas res video, quae conveniendo et obviando unum fiunt. Iustitia et pax osculatae sunt. Hoc totum in 25
mysterium Domini Salvatoris coaptatur: hoc est Dei et hominis filius, qui est nobis veritas misericordia pax atque iustitia, in quo iustitia prioris populi et misericordia sequentis in unam pacem coniunguntur.

2 *cata Phrygas*] scripsi, ut in graeca transl. libri *De vir. illustr.* c. 40 (ἡ ἀίρεσις ἡ κατὰ Φρύγας); *catafrigas* L, *catafricas* M; *Catafryges* O; *Cathafryges* V. 4 *ad*] *et ad* OV. *omnes*] *omnem* L. 5 *ad eos*] LM; *in eos* OV. 9 *est*] OV; om. LM. *timentibus*] OV, Psalt. Rom; *timentes* LM, Psalt. Gallic. *Vide*] LM; *videte* OV. 10 *habent Domi-*
num] LM; *h. Deum* OV. 11 *habet*] *habent* V. 12 *iuxta*] *iusta* L. 13 *in eis*] *in illis* L. 14 *populus*] *populum* L. 15 *dedit*] LM; *nostra dabit* OV, ex hoc ipso Ps. 84, 13. 17 *ortus est*] M; *hortus* (om. *est*) OV; *natus est* L. 18 *descendens*] L; *descendit* MOV. *in cuius*] L; MOV om. *in*. 19 *Veritas re-
missionis... prospexit*] L; om. MOV. 21 *et umbra*] LM; *et in umbra* OV. 23 *osculatae*] *obsculatae* V semel et secundo. 24 *Misericordia e. v. obviav.*] L unus repetit. 25 *in mysterium*] *in mysterio* M. 27 *pax*] *et pax* OV.

11. *timorem*] 1 Io. 4, 18.

14. *populus*] 2 Cor. 6, 16.

15. *suum*] Ps. 66, 7.

18. *desiderant*] Cf. 1 Petr. 1, 12.

‘ Ipse enim est, ait apostolus, pax nostra, qui fecit utraque unum’. Hoc est mysterium, quod ecclesia desiderat, et clamat in Canticis canticorum dicens ‘ Osculetur me osculo oris sui’. Hoc est osculum, quod Paulus apostolus dicit ‘ Salutate invicem in osculo pacis’.

5 *Etenim Dominus dabit benignitatem.* Propterea ista oscula data sunt, ut daret Dominus benignitatem. *Et terra nostra dabit fructum suum.* Quod eo tempore promissum est, nunc videmus expletum. Terra nostra dat fructum suum, quando aratro iustitiae colitur, quando ieiuniis, quando abstinentia et ceteris virtutibus a veteribus vitiis extirpatur, ut
10 evangelici seminis granum quod accepit in fructum centesimum reddat. Petrus et ceteri apostoli, quia excoluerunt diversis laboribus terram suam, possunt fiducialiter dicere, Terra nostra dedit fructum suum. Martyres quoque quando caeduntur, quando crucifiguntur, terra eorum reddet fructum suum.

15 Multa sunt quae dicantur, sed hora compellit ut finem accipiat oratio. In commune Dominum deprecemur, ut et meus sermo et vester auditus in opere convertantur. ‘ Non enim auditores tantum apud Deum iusti sunt, sed factores’. Qui enim loquitur vel audit, et non facit, in condemnationem suam aut auscultat aut dicit. Quid enim in evangelio dicit? ‘ Si
20 caeci essetis, non haberetis peccatum’. Nos illud aliter convertamus: Si surdi essetis, et non audiretis, non haberetis peccatum. Verum quia et dicere et audire sine opere utrumque peccatum est, rogemus Dominum ut ponat in via gressus suos, hoc est, ut nobiscum in huius vitae periculis comitetur, et in nostro corde ambulans sine offensa peccati nostri sem-

1 enim est] est enim L. 6 dabit] daret L. 7 expletum] exemplum V. 8 dat] L; dabit ceteri. 10 in fructum] LM; OV om. in. centesimum] certissimum L.
11 quia] LM; qui OV. 13 quoque quando] L om. quando. 14 reddet] M, fortasse pro reddit; dedit ceteri. 15 compellit] competit hoc loco quattuor codices, licet constanter Hieronymus in huiusmodi formula verbo *compellit* utatur: cf. infra 49, 4; 50, 9 etc.
16 et meus] LM; OV om. et. 17 in opere] corr. in opera M. tantum apud Deum] LM; his omissis OV exhibent *legis*. 19 aut auscultat] OV; aut auscultat M; auscultat L, om. aut. enim] MOV inser. *Salvator*. 20 illud alit. conv.] L; alit. conv. illud MOV.
21 audiretis] LM; audieritis OV. non haber. pecc.] L; pecc. non haber. MOV.
22 et dicere et audire] et audire et dicere M. 23 suos] L; om. MOV. 24 comitetur] committetur OV.

1. unum] Ephes. 2, 14.
3. sui] Cant. 1, 1.
4. in osculo pacis] immo ‘ in osculo sancto’. Rom. 16, 16; 1 Cor. 16, 20; 2 Cor. 13, 12; 1 Thess. 5, 26.
17. in opere convertantur] Ita in fine

tract. de ps. XCI. 126, 26 ‘ et quod nos diximus et quod vos audistis opere compleamus, et verba vertamus in opera’.
18. factores] Rom. 2, 13.
20. peccatum] Io. 9, 41.

per in nobis habitare delectetur. Cui est gloria in saecula saeculorum.
Amen.

DE PSALMO LXXXVII.

In ipso statim principio titulus difficillimus est, et licet necdum portum expositionis inchoavimus, et tamen obscurissimae nobis quaestiones 5 incumbunt. *Canticum psalmi filiis Chore in finem pro meleth ad respondendum intellectus Eman Ezraitae*. Videtis quod in singulis verbis singulae quaestiones sunt. *Canticum psalmi*: non est magna difficultas. *Filiis Chore*: filiis Caath, de genere Levi. *In finem*. Diligenter advertite quod dixit, in finem, non in principio, non in medio, sed in finem 10 promittitur: non in principio patriarchis, non in medio prophetis, sed in finem apostolis nobisque cantici laetitia promittitur. *Pro meleth*. *Meleth* sermo hebraicus est, interpretatur autem chorus. Chorus autem dicitur, quando multi in unum concinunt, et quomodo citharae diversae quidem chordae sunt, sed unum sonum efficiunt. Ergo, ut sciatis quia 15 meleth chorus interpretatur, statim sequitur *Ad respondendum*: ut propheta concinente omnis chori multitudo in Dei laude respondeat. Nam mysterium praefiguratur ecclesiae de diversis gentibus congregatae, ut de diversis locis et de diversis partibus et moribus unus chorus Dei laudum efficiatur. *Intellectus Eman Ezraitae*. Eman unus de chorodidascalis fuit, 20 quomodo Asaph vel ceteri fuerunt. Quod autem dicitur Ezraitae, hoc est interpretatum, adiutorium Domini consecutus (siquidem Ezras

2 Amen] om. M. 3 DE PSALMO LXXXVII] Item ex quattuor codd. LMOV. 4 portum] portus L, iuxta graec. πῶδες ἄσφαλτος? 5 et tamen] LM, et postea expuncto O; tamen V. 6 Canticum] LM, O in textu (gr. ᾠδὴ ψαλμῶν); titulus V, O marg. 6.12.13 meleth] scripsi, ut in plerisque latinis psalteriis; melech codd., M lin. 6 corr. ex amalech. 7 intellectus] intellectu L. Ezraitae] L; Ezrahitae V, O marg; Ezaelite O in textu; hisraelite M. 9 Caath] restitui ex coniectura; Cainan L; Chanaan M; Chanaam OV. 12 nobisque] MOV; nobis L. cantici laetitia] LM; canticum laetitiae OV. 13 Meleth] non repet. OV. 14 multi in unum] in unum multi M. 15 quidem] om. V. chordae] absque h LM; om. OV. sonum] LM; om. OV. efficiunt] corr. ex efficitur L. sciatis] LM; scias OV. 16 statim] OV inser. quod, pro quid? ut propheta] L om. ut. 17 concinente] concinentem L. 18 ecclesiae de] L om. de. 19 et de] LM; OV om. de. partibus et] L; om. ceteri. Dei laudum] LM; ad Dei laudem unum OV. 20 chorodidascalis] choro didascalus V, O in textu. 22 Ezras] Esdras MOV.

13. interpretatur a. chorus] Et ita praecinendum'.
quidem Hieronymus in suo Psalterio 15. unum sonum efficiunt] Confer
ex hebr. transtulit: 'per chorum ad tract. de ps. CXLVIII. 312, 12 sq.

adiutor interpretatur) hoc est, auxilium a Domino consecutus. Ergo et iste chorus, qui in laudibus concinit, Dei est fultus auxilio. Curramus per singulos versiculos, et quia brevi spatio coartamur, singulas singulis sententiolas coaptemus.

5 *Domine Deus salutis meae.* Ex persona Salvatoris psalmus hic dicitur, hoc est, ex persona eius servi quem est dignatus adsumere. Quicquid ergo humiliter dicitur, ex persona humana narratur, quia saluti proficit humanae. *Die clamavi et nocte coram te.* Licet nocte clamaverim, mihi tamen virtutum conscientia lux fuit.

10 *Intret in conspectu tuo oratio mea.* 'In manus, tuas, Pater, commendo animam meam'. Intret in conspectu tuo oratio mea. *Inclina aurem tuam ad preces meas.* Ubi sunt ἀνθρωπομορφῆται, qui putant Deum habere membra? Inclina aurem tuam, Deus. Vox Filii ad Patrem est, ex persona nostri loquentis. Inclina aurem tuam. Magnae inbecillitatis est, si, cum audire voluerit, aurem indiget inclinare, ut vicinius audiat. Vide 15 quam miserum est dicere, quod Pater Filium nisi inclinato capite audire non possit. Fragilitate humana loquitur scriptura, ut nos facilius quod dicitur intellegamus.

Quia repleta est malis anima mea. Multorum peccata porto, ideo pro 20 omnibus doleo. Repleta est malis anima mea. Mala porto, ut ea in cruce deponam. *Et vita mea in inferno appropriavit.* Pulchre dixit,

1 adiutor] MOV, nec aliter Hieron. ep. 53, n. 7 'Ezras et Nehemias, adiutor videlicet, et consolator a Domino'; adiutus L. 2 concinit] corr. ex concinunt L. 3 et] LM; om. OV. coartamur] coartantur OV. singulas] singula L. 4 sententiolas] as postea mutat. in is L. coaptemus] s mutat. in r L. 6 eius] MOV; om. L. quem] quam L, corr. ex quae. 7 humana] vocem natura inseruit scriptor codicis L, dictionem 'persona humana' forsitan aegre ferens. 9 tamen] tantum OV. 10 In m. t. Pater c. animam meam] L; Pater in m. t. c. spiritum meum OV; M om. In manus... oratio mea propter homoeotel. 12 ἀνθρωπομορφῆται] ANTHROPOMORPHITE cod. L; antropomorphitae MOV. 14 nostri] nostra M. 15 cum] scripsi; eum LOV; enim M. audire] audiri V. vicinius] vicinus V. Vide] LM; videte OV. 20 Repleta] Quia repleta OV. ea] et L. 21 in inferno] codd. cum Augustino et latinis psalteriis non paucis. appropriavit] L et Psalt. Rom; appropinquavit ceteri. Pulchre d. appr.] om. L.

1. consecutus] Aliter Hieronymus in libro de Nom. hebr. 'Ezraites, semen Dei': iam vero S. Doctorem in huiusmodi interpretationibus sibi consentaneum non esse etiam atque etiam moneo.

3. singulis sententiolas coaptemus] Hieron. tract. de ps. CII. 161, 3 'sententiolas debemus singulis versiculis

coaptare'.

11. meam] Luc. 23, 46.

12. Ubi sunt...?] Cf. adnotat. Commentariol. in Psal. p. 16. l. 10.

12. habere membra] Hieron. tract. de ps. XCIII. 129, 13 'qui Anthropomorphitae sunt, qui dicunt Deum habere membra'.

appropriavit : non enim tenta est ab inferno, sed pro nobis appropinquavit in inferno. Denique in alio psalmo ex persona Domini dicitur ' Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem '.

Aestimatus sum cum descendantibus in lacum. Hoc putaverunt inter- 5
fectores mei, me cum ceteris hominibus in inferi carcerem descenden-
tem, in lacu inferiori retinendum : ignorantes me ideo descendisse, ut
eos qui ibidem detinebantur mecum potius extraherem. *Factus sum*
sicut homo sine adiutorio, inter mortuos liber. Non dixit, factus sum sine
adiutorio, sed, factus sum sicut sine adiutorio, quia habebat adiutorem 10
Patrem. *Inter mortuos liber.* Ceteri homines tenentur in inferno vinculis
peccatorum : ' Nullus est hominum sine peccato, nec si unius diei sit vita
eius '. Omnes enim in praevaricatione tenemur : et ideo quicumque in
infernum descendit, lege tenetur inferni. ' Vinculis enim peccatorum
suorum unusquisque constringitur '. Ego igitur liber eram natura, factus 15
sum quasi debitor paululum propter peccata hominum.

Sicut vulnerati dormientes in sepulchris. Pulchre dixit, sicut vulnerati :
non enim habebat vulnus, sed pro salute hominum vulnus accepit, sicut
Esaias dicit ' Ipse vulnera nostra portavit, et pro nobis dolet '.

Posuerunt me in lacu inferiori. Ad inferni extrema descendi, ut omnes 20
de inferni vinculis liberarem. *In tenebrosis et in umbra mortis.* Non dixit,
in morte, sed, in umbra mortis. Mors mihi a Iudaeis inlata non fuit, sed
umbra mortis : quia pro salute hominum voluntate descendi. Ideo lux
in inferna descendi, ut animas de inferni tenebris liberarem.

Super me confirmatus est furor tuus. Propterea totus tuus furor super 25
me venit, ut ab aliis recederet. *Et omnes fluctus tuos induxisti super me.*
In me tempestas tota detonuit, ut mundo tranquillitas fieret.

1 *ab inferno]* *ab infero* M. 2 *in inferno]* M om. *in.* 3 *derelinques]*—*quis* M. *in*
inferno] LM ; om. OV. 5 *Aestimatus]* *extimatus* V. 6 *ceteris hominibus]* om. M.
carcerem] *carcere* L. 7 *inferiori]* *inferi* M. 9 *inter mortuos liber]* LM ; om. OV.
10 *sicut]* OV inser. *homo.* *quia]* L ; *qui* MOV. *habebat]* M ; *habebam* LOV.
adiutorem] *adiutorium* M, O in textu. 12 *nec si]* MV, O in marg. expuncto *et si*, quod prius
corrector scripserat ; *nisi* O in textu ; *nec* L, omisso *si.* *sit]* LM ; om. OV. 13 *eius]*
add. *fuert.* *et ideo... tenetur]* om. L propter homoeotel. *in infernum]* *in inferno* M.
15 *igitur]* MOV, fortasse pro *qui*, nota *q* cum *g* perperam confusa (conf. Morel, *Eléments de*
critique, ed. Migne, col. 1019) ; *vero* L. 21 *inferni vinculis]* *vinc. inf.* L. *tenebrosis]*
LMO, gr. *σκοτεινός* ; *tenebris* V. *et in]* L ; MOV om. *in.* 23 *Ideo l. i. i. descendi]*
LM, O suppl. in marg ; om. V. 24 *in inferna]* LM ; *ad. inf.* O. *inferni]* L, om. *ceteri.*
27 *detonuit]* corr. ex *detinuit* O.

4. *corruptionem]* Ps. 15, 10.

13. *eius]* Iob 14, 4 sq. iuxta LXX.

15. *constringitur]* Prov. 5, 22.

19. *dolet]* Is. 53, 4.

Longe fecisti notos meos a me. In passione crucis etiam apostoli me fugerunt, in tantum ut ipse Petrus diceret 'Nescio hominem'. Videtis quod sententiis brevibus magis quam expositionibus currimus, quia ita hora compellit. *Posuerunt me abominationem sibi.* Iudaei scilicet, 5 dicentes 'Crucifige, crucifige talem: nos non habemus regem nisi Caesarem'.

Traditus sum et non egrediebar. Quid est hoc quod dixit, Traditus sum et non egrediebar? Tradiderunt me Iudaei, et tamen pro clementia mea non dimittebam eos, sed affectu versabar in eis. Traditus sum 10 Pilato ab eis, et non egrediebar ab eis, dicens in cruce 'Pater parce eis, nesciunt quid faciunt'. Dicamus et aliter. Traditus sum et non egrediebar. In evangelio scribitur, quod cum quaerent eum praecipitare de supercilio montis, securus et liber de medio eorum evaserit. Hoc est ergo quod dicit: Numquid et modo non poteram, quando traditus sum, mea 15 divinitate insidias hominum et discrimina mortis effugere? Sed quia ad hoc veneram ut paterer, ideo nolebam nisi ut paterer. Quod traditus sum, voluntatis fuit, et quod non egrediebar, voluntatis fuit. Dicamus et aliter. Traditus sum quasi homo, et non egrediebar de divinitatis maiestate. Dicamus et aliter. Traditus sum ab hominibus, et de sinu Patris non 20 egrediebar. Dicamus et aliter. Traditus sum quasi homo in terra, et quasi Deus non dimiseram caelum. *Oculi mei languerunt prae inopia.* Qui sanus maiestate mea eram, infirmus pro hominum peccatis effectus sum.

Clamavi ad te, Domine. Non solum voce, sed corde: sic quippe 25 clamamus ad Patrem. 'Clamantem in cordibus nostris, Abba pater'. *Tota*

4 *abominationem*] in *abhominationem* L; *abhominationem* M; *abominaciones* V, ob litteram s initio vocis seq. *scilicet*] *igitur* L. 5 *crucifige*] non repet. L. 7 *dixit*] *dicit* M. 8 *pro clementia mea n. dim. eos*] MOV; *hos a mea clementia non dimitt.* L. 9 *dimittebam*] *dimittam* M. *versabar*] *versabor* M. 10 *egrediebar*] *ego egred.* L. 13 *evaserit*] MOV; *exiit* L. *Hoc est ergo quod dicit*] LM; om. OV. 14 *et modo non*] L; *et modo* OV, omisso *non*; *non modo* M, omisso *et*. *mea*] scripsi; *ea* quattuor codices, ob litteram m in fine vocis praeced. 15 *hominum*] *hominis* L. 16 *ideo n. n. u. paterer*] om. L. *nisi*] om. M. 17 *et quod*] LM; OV om. *et*. 18 sq. *Traditus sum quasi... et aliter*] om. V; O in marg. 2 m. suppl. *egrediebar*] *grediebar* L. 19 sq. *Traditus sum ab... et aliter*] item om. M propter homoeotel. 21 *caelum*] LM; *caelos* OV. 22 *Qui*] *Quia* V: cf. pag. praeced. l. 10. *hominum peccatis*] *hominibus* L. 25 *Clamantem*] L; *clamantes* MOV.

2. *hominem*] Marc. 14, 71.

6. *Caesarem*] Io. 19, 15.

11. *faciunt*] Luc. 23, 34.

12. *In evangelio*] Luc. 4, 29 sq.

25. *pater*] Gal. 4, 6.

die expandi manus meas ad te. Hoc est testimonium quod apostolus in epistola ad Romanos ex persona Salvatoris abusus est.

[Quod sequitur iam ex uno codice Laurentiano.]

Videtis ergo quod vim psalmo non facimus, sed apostoli sequimur auctoritatem. Si enim ille ex persona Domini unius versiculi abusus est testimonium, quare nos totum psalmum non ita velimus exponere? Quem 5 si et aliter interpretari voluerimus, evidenti hac apostoli sententia sensus nostrae expositionis exsolvitur. Si voluerimus totum psalmum exponere, videmur nobismetipsis moram facere, quos iam hora compellit ad carnes Salvatoris veri agni pura et immaculata conscientia in unitate pacis accedere, ut possimus digne caelesti pane saturari, per Christum 10 Iesum Dominum nostrum. Cui est gloria in saecula saeculorum. Amen.

[Aliter prosequuntur codices MOV, quos idcirco minutiore characterē hic describendos existima- vi, ut possint cum vulgato Breviario, cuius nonnisi frustula exhibent, comparari :

Numquid mortuis facies mirabilia? Non illis qui viventes mortui sunt, sed mihi qui in te vivo. *Aut medici resuscitabunt?* et reliqua. Non aromata medicorum, sed tu Pater me resuscitas; neque illi, sed ego confitebor in populis.

Numquid narrabit aliquis in sepulchro et cetera. Non te laudabit sepultus 15 in divitiis saeculi, neque habitans in perditione peccati.

Numquid cognoscentur mirabilia in tenebris, et iustitia tua in terra oblivionis? *Et ego ad te Domine clamavi, et mane oratio mea praeveniet te.* Hoc est, quia matutina me resurrectione clarificabis.

Ut quid Domine repellis orationem meam, ut non transeat calix iste a me? 20

Pauper sum ego et in laboribus a iuventute mea: a tempore carnis adsumptae. *Exaltatus:* id est, in cruce. *Humiliatus:* hoc est, in sepulchro.

In me pertransierunt irae tuae. Transierunt, et non persteterunt.

Circumdederunt me sicut aqua tota die. Iudaei in fluctibus persecutionum. *Circumdederunt me simul.* Pharisei cum sacerdotibus, Pilatus cum principibus et po- 25 pulis.

Elongasti a me amicum et proximum, et notos meos a miseria. Prae confusione passionis, etiam ipsi apostoli elongati sunt ab eo.]

1 *est*] L; om. MOV. *testimonium*] LM; *testimonio* OV. *quod*] L; om. MOV. Verbi *abuti* cum accus. seq. exempla suppetunt ex Plauto et Terentio. *2 epistola*] OV inser. *sua:* *abusus est*] Corrector O in marg: 'potius legerem *usus est*'; sed cf. supra adnot. ad 14, 16. *8 compellit*] scripsi; *compellat* L. Cf. supra 45, 15; 49, 4 etc. *9 in unitate*] item ex coniectura; *inuitate* L. *12 Non illis qui viventes*] Cf. Breviarium in Psal. (= β) apud Migne, in editione qua utor col. 1151 B sqq. *13 resuscitabunt*] *suscitabunt* β. *14 re-* *suscitas*] *resuscita* OV. *illi*] *illis* OV geminata s quae sequitur. *confitebor*] β add. *tibi.* *19 resurrectione*] OV; *resurrectione* Mβ. Vox *suscitatio* exstat ap. Hieron. (Goelzer, p. 77).

2. *abusus est*] Cf. Rom. 10, 21.

9. *ad carnes Salvatoris*] Vides ante synaxim eucharisticam habitum esse

hunc tractatum; sed et de ceteris ple- risque idem fere sentio.

DE PSALMO LXXXVIII.

Octogesimus octavus psalmus hoc titulo praenotatur : *Intellectus Ethan Ezrahitae*. Ubicumque intellectus praemittitur, mysticum est quod sequitur et obscurum. Ethan interpretatur fortis, sive robustus ; Ezrahita autem, adiutus, sive adiutorium consecutus. Hoc dico, quia historiam carpinus. Recte ergo praemittitur intellectus, ut iste fortis sive robustus adiutorium consequatur a Domino, et ea quae sequuntur possit agnoscere. Ezrahita vero sive de loco nomen accepit, sive fuit de genere Merari. Lege Numerum et Leviticum libros, et ibi omnia plenius invenies.

Intellectus Ethan. Praemittitur intellectus, ut lector ad scientiam provocetur. Si enim simplex esset historia, et non haberet aliquid mysticum, intellectus quid necesse esset lectorem in titulo commoneri? Ethan itaque ille, ut diximus, fortis sive robustus, Ezrahita vero, adiutus sive auxiliium consecutus, recte ad intellegendum provocatur, ut possit scire quae dicenda sunt. Nam sequitur in psalmo, Iuravit Dominus David servo suo, usque in aeternum praeparabo semen tuum. Iudaei dicunt, quod Dominus cum iuramento promiserit, ut de semine David non deficiat in eis dux sive princeps, quod nunc patriarchae eorum et dicunt : Ecce usque hodie custodit Dominus iuramentum suum nobis.

Sed si vere putant, quomodo eos Romanae potestati subditos vide-

1 DE PSALMO LXXXVIII] Ex quattuor codd. LMOV. 2.10 Ethan] A Ethan L.
 3 Ezrahitae] absque h L ; ezdraite M ; israelitae O in textu. mysticum] mysticus L.
 4 quod sequitur et obscurum] L ; et obsc. q. sequitur MOV. Ethan] OV inser. vero.
 4.8.13 Ezrahita] absque h L ; esdraita M ; esdrahita O, h postea expuncta. 7 consequatur]
 consequamur L. 9 Numerum] L, sic in Missali Rom. 'Lectio libri Numeri' Feria VI
 post Dom III Quadrag ; Numerorum MOV. Leviticum] LM ; Leviticos OV. 11 aliquid]
 postea mutat. in aliquem M. mysticum] L, mysticum M ; mystici OV, qui et signum
 distinctionis post intellectus interponunt. 12 intellectus] intellectum M ; et post hoc item
 distinctio. esset lectorem] lectorem esset M. itaque] LM ; quippe OV. 13 ille ut
 diximus] L ; ut dix. ille MOV. sive] L ; et MOV. 14 intellegendum] L ; intellegen-
 tiam MOV. provocatur] provocantur V. 18 et] expunct. in M. 19 Dominus] Deus
 M. 20 si vere putant] LM ; sive reputant O in textu ; si hoc reputant V, O marg.
 subditos] subditas L.

4. sive robustus] Hieron. in Libr. de nom. hebr. ap. Migne 23, 865 'Ethan, robustus, sive ascensus.'

9. plenius invenies] Quo iure ad Numerorum et Levitici libros lectorem remittat, haud plane intellego ; immo vereor, ne inscientia auditorum Hieronymus nimium more suo confisus sit.

12. commoneri?] Hier. epist. 65, 4

'Ubi enim simplex et apertus est sensus, quid necesse est audientem intellegentiae praemoneri?'

18. patriarchae eorum] Hieron. in Is. 3, 4 'Consideremus patriarchas Iudaeorum... et impletam prophetiam esse cernemus' ; in Gal. 1, 1 'Usque hodie a patriarchis Iudaeorum apostolos mitti...'

mus, et servire iussionibus imperatorum? Verum mystice nobis de Christo repromittitur. Et aedificabo in generationem sedem tuam. Ergo mentitus est Deus, quod cum iuramento promisit, et non fecit (cum utique quod promisit Deus firmum esse deberet); si quidem usque hodie videamus hoc in Iudaeorum genere non stare? Sed hic intellectus neces- 5 sarius est. Recte igitur ille fortis sive robustus intellectum necessarium habet auxilium sive adiutorium, ut mysteria huius psalmi possit advertere. Redeamus ergo ad principium psalmi.

Misericordias tuas Domine in aeternum cantabo. Non dixit misericordiam, sed misericordias. Si unum esset peccatum, una opus erat misericordia: 10 quoniam ergo plura sunt peccata, plurimae sunt et misericordiae. Misericordias tuas Domine in aeternum cantabo. Quoniam in aeternum misericordiam consecutus sum, in aeternum cantare debeo, quia aeterna mihi est causa laudandi. Qui canit, dimisit luctum, dimisit metum, et ad gaudia transcendit, quia misericordiam consecutus est. Quod autem dicit, 15 hoc est: Quia mihi peccata dimissa sunt per misericordiam Dei, propterea misericordiam eius cantabo. Quod autem dicit, in aeternum, hoc est: quia mihi non brevi tempore misertus es, sed in aeternum, et ego in aeternum sine cessatione laudabo, quia me in aeternum liberasti. 20

In generationem et generationem annuntiabo veritatem tuam in ore meo. O praeclarum ordinem psalmi! non prius coepit a veritate, et postea venit ad misericordiam: sed primum misericordiam consecutus est, et sic venit ad veritatem, cum indulgentiam peccatorum perceperat. Primum enim

2 *in generationem]*-one LM. 3 *cum iuramento]* L om. cum. 4 *quod]* om. M. *promisit]* LM; *promittit* OV. 5 *videamus]* L; *videmus* MOV. 6 *intellectum]* LM; *intellectus* OV. 7 *advertere]* *avertere* L. 9 *tuas Domine]* LMO, gr. τὰ ἐλέη σου κύριε; *Domini* V cum Psalt. Gall. 11 *quoniam]* *quia* L. *plurimae sunt et]* L; *et pl. sunt* MOV. 12 *tuas Domine]* L; *Domini* hoc loco M cum OV. 13 *mihi est]* *est mihi* M. 15 *transcendit]* *transcendit* OV. 13-17 *Quod autem... cantabo]* om. L ob repetita verba *Quod autem... dicit.* 17 *misericordiam]* M; *misericordias* OV. *eius]* OV inser. *in aeternum*, quae verba codex M iure non agnoscit. *dicit in aet.]* L; *in aet. dicit* MOV. 17 *me i. ae. liberasti]* L; *in ae. me lib.* M; *in ae. lib. me* OV. 21 *In generationem]* M; *-one* LOV. 22 *prius]* L; *primum* M; om. OV.

5. *intellectus necessarius est]* Hieron. Commentariol. huius psalmi, n. 67. 10 'Propterea intellectus est necessarius, quia repromittitur thronus David in aeternum permanere, quem interim iuxta historiam olim videmus esse destructum.'

11. *et plurimae sunt misericordiae]* Cf.

supra 42, 17 'Non dixit, salutis nostrae: quia multa peccavimus, multis salutibus indigemus'; et t. III² 93, 25 'Quare non dixit, salutis nostrae, sed, salutem nostrarum? Si semel peccaremus, una indigeremus salute. Multa peccavimus, propterea multis indigemus salutibus'.

cum peccator essem, ad veritatem accedere non audebam; cum autem misericordiam consecutus sum, iam securus ausus sum praedicare veritatem. Quod autem dicit, in generationem et generationem, pulchre dixit: non enim dixit in generationes et generationes, sed in generationem et
 5 generationem. Non ergo multas generationes commemorat, sed duas tantum, unam in circumcissione, aliam in gentibus: ad unam mittitur Petrus, et ad aliam mittitur Paulus. Et quod in principio oblitus sum dicere, nunc dicam: hic debet persona Domini Salvatoris constitui. In genera-
 10 tione et generationem annuntiabo veritatem tuam in ore meo. Qui prius loquebatur per patriarchas et prophetas, postea ipse loquitur praesens, sicut in Canticis dicitur canticorum: 'Osculetur me osculo oris sui'. Ergo quod dicit, hoc est: de quo loquebar per prophetas, inde et nunc per memetipsum loquor. Ut quem tonantem mundus audire non potuit, audiat saltem vagientem.

15 *Quoniam dixisti, In aeternum misericordia aedificabitur.* Ego ipse, qui tunc locutus sum in veteri testamento per patriarchas et per prophetas, nunc ipse per me loquor; non enim veni solvere misericordiae mandata quae lex construxerat, sed superaedificare. Sicut ipse in evangelio dicit: 'Non veni legem dissolvere, sed adimplere'. Quid ergo dicit
 20 Moyses? 'Adtende caelum et loquar, et audiat terra verba ex ore meo'. Hieremias quoque sic dicit 'Haec dicit Dominus'; ceteri prophetae sic dicunt: quia quod loquuntur Domini sint verba, et non sua, et quod per os ipsorum dicit, quasi per organum Dominus sit locutus. Quid ergo est

1 autem] enim L. 3 Quod] LM; Quid OV. 5 ergo] L; enim MOV. 6 unam...
 aliam] M; una... alia LOV. 7 et ad] L; MOV om. et. 10 et prophetas] per proph.
 M. 11 in Canticis dicitur canticorum] L; dicit in C. c. OV. 14 vagientem] corr. ex
 vagantem M. 15 Ego] ergo OV. 16 et per] LM; OV non repet. per. 17 ipse
 per me] per me ipse M. misericordiae] L; om. MOV. 19 dicit] L; dixit MOV.
 dissolvere] L; solvere MOV. 20 ex ore meo] L, gr. ἐκ στόματός μου; mea MOV.
 21 sic dicunt] L; similiter dicunt MOV. 22 sint verba] OV; sunt verba L; verba sunt M.
 et non] L; MOV om. et. et quod] et quos OV. 23 est] L; hoc est M; est hoc OV.

7. mittitur Paulus] Hieron. Tract. de ps. LXXVIII 68, 11 'In generationem et generationem... Petrus in populo circumcissionis, et Paulus et Barnabas in gentibus'.

11. sui] Cant. 1, 1.

13. tonantem... vagientem] Hieron. ep. 82, 1 'non fulminans et tonans, sed in praesepe vagiens'; Homil. de Nativ. t. III² 397, 19 'tanto tempore tonavit in caelo, et non salvavit; vagiit, etsalvavit'.

15. aedificabitur] Sic versum distinguit

Hieron. Dial. cont. Pelag. II, 20; Romanum quoque Psalt. verba in caelis cum sequentibus coniungit.

19. adimplere] Matth. 5, 17.

20. meo] Deut. 32, 1.

23. sit locutus] Hieron. Comment. in Ierem. 23, 23 s¹. 'Quod autem in prophetis crebro dicitur *Haec dicit Dominus*, propterea semper infertur, ne contemnantur quasi verba prophetarum, sed adinoneantur iugiter Dei esse sermones quos loquuntur'.

quod dicitur, Aedificabitur, quasi domus magna vel civitas aedificetur? Videamus ubi alibi scriptum sit aliquid tale de aedificatione. Requiritur in Genesi, quid sibi sermo iste velit. 'Et tulit, inquit, Deus costam de latere Adae, et aedificavit illam in mulierem'. Vide quid dixit, aedificavit. Aedificatio enim, sicut superius diximus, non nisi in magna domus fabrica dici solet. Quoniam ergo illa costa Adae in mulierem fabricata est, iuxta apostoli auctoritatem, Christum significat et ecclesiam; propterea dixit, Aedificavit de costa mulierem. Audivimus de primo Adam, veniamus ad secundum, et videamus quomodo de latere eius aedificetur ecclesia. Latus enim Domini Salvatoris in cruce pendentis lancea pungitur, et exinde exiit sanguis et aqua. Vultis scire quomodo de aqua et sanguine aedificetur ecclesia? Primum per baptismum per aquam dimittuntur peccata, deinde in sanguine martyrii coronatur. Quoniam ergo manifestum est, ecclesiam Dei misericordia aedificari, propterea sequitur *In caelis praeparabitur veritas tua*. In terra misericordia, et in caelo veritas est. Audi, haeretice, quod dicitur. In caelis praeparabitur veritas Dei. Si de caelo animae corruerunt propter peccata quae fecerant, quomodo ergo in caelis veritas praeparatur? Si cotidie animae praecipitantur ad terram, quomodo Dominus in oratione dominica docet et dicit 'Fiat voluntas tua sicut in caelo et in terra'? Ergo hoc rogamus ex auctoritate Domini et Salvatoris, ut quomodo anima sine corpore peccavit in caelo, ita in corpore peccet in terris; et quae iustitiam libera et in caelis servare non potuit, nunc corporis angustiis coartata ser-

2 *alibi*] LM; om. OV. 4 *Vide*] LM; *videte* OV. 5 *superius*] L.; *supra* MOV.
in magnae] LM; *ut magnae* OV. 6 *ergo*] LM; *enim* OV. *in mulierem*] V, O om.
in; *in muliere* LM. 7 *iuxta*] *iusta* L. 11 *exinde exiit*] L; *exit inde* M; *exiit inde*
OV. 12 *aedificetur*] *aedificatur* M. 13 *dimittuntur*] *dimittitur* L. *peccata*]
MOV; mutat. postea in *peccatum* L. 14 *martyrii coronatur*] LM, O marg; *martyres*
coronantur V, O in textu. 17 *quod*] L; *quid* MOV. *Dei*] L; *tua* OV; *tua in eis* M.
19 *praeparatur*] LM; *praeparabitur* OV. 22 *anima*] *animae* L. *corpore*] corr. ex
corpora L. *peccavit*] M; *peccaverunt* L; *peccet* OV. 23 *ita*] OV inser. et. *iusti-*
tiam] OV; *iusticia* LM. *et in caelis*] LM; OV om. et. *servare*] LM; *reservare* OV.

4. *in mulierem*] Gen. 2. 22.
7. *apostoli auctoritatem*] Ephes. 5. 32.
11. *et aqua*] Io. 19. 34.
14. *martyrii coronatur*] Hieron. epist. 69, 6 'Latus Christi percutitur lancea, et baptismi atque martyrii pariter sacramenta funduntur.'

17. *Si de caelo animae etc.*] Homil. de Nativ. t. III² 394, 25 'Si cotidie in caelo ruinae fiunt, quomodo in caelo gloria est?' Cf. etiam ibid. p. 79, 8 et Hieron. epist. 75, n. 1.
21. *in terra*] Matth. 6, 10.

vet in terris? Rem novam video : in caelo anima peccavit, et detrusa in terram est, ut quod in caelo perdidit, in terris inveniat. Sine corpore peccavit : quomodo esse potest, ut cum corpore Deum facilius mereatur? Siquidem ‘caro concupiscit adversus spiritum, spiritus autem
5 adversus carnem’.

Disposui testamentum electis meis. Vultis scire quomodo usque hodie disponat Dominus testamentum suum? Bene agamus, et merebimur dispositione Domini electorum esse participes. *Iuravi David servo meo.* Videamus quid sit, quod iuravit Dominus. Hoc utique quod se-
10 quitur. *Usque in aeternum praeparabo semen tuum.* Subveni nobis, apostole, et hunc interpretare versiculum. Quid enim dicit apostolus? ‘Non dixit in seminibus, sed in semine quod est Christus.’ Hoc est quod in Apocalypsi Iohannis dicitur : ‘Qui habet clavem David, qui claudit et nemo aperit, aperit et nemo claudit’. Hanc clavem scribae et
15 pharisaei tenuerunt in lege, quibus in evangelio Dominus dicit : ‘Vae vobis scribae, qui tenetis clavem regni caelorum’ et reliqua. O pharisaei, qui regni claves tenetis, et in Christo, qui est ostium regni et ianua, non creditis : vobis quidem repromittitur, sed nobis redditur : vos habetis carnem, sed nos spiritum : immo quia spiritum negastis, carnem quoque
20 cum spiritu perdidistis.

Et aedificabo usque in generationem et generationem sedem tuam. In duabus generationibus, ut diximus, sedes Dei ponitur, in circumcissione scilicet et in gentibus.

Et confitebuntur caeli mirabilia tua Domine. Hoc est quod in octavo de-
25 cimo psalmo dicitur : ‘Caeli enarrant gloriam Dei’. Secundum mysticos intellectus, apostolos caelos appellat. Si enim dicitur ad peccatorem ‘Terra

1 video] L; audio MOV. 2 in terram] in terra M. 3 esse] MOV; om. L, et legit quomodo potest ut... Cf. loquendi modum apud nos usitatum : ‘Comment se peut-il que...’
Deum facilius] LM; facil. Deum OV. 7 suum] om. L. merebimur] merebitur L, ut supra 48, 10 habebam pro habebat. 13 in Apocalypsi] in apocalipsin L. 15 tenuerunt] L; tulerunt MOV. Dominus] L; om. MOV. 16 clavem] claves M. 17 ostium] hostium MOV. 18 repromittitur] L; prom. MOV. 22 Dei] L; Domini MOV. 24 est quod] L; et M; om. OV. 26 ad peccatorem] postea mutat. in peccatori L.

1. *Rem novam video]* Lege sis ad-not. ad. t. III² 414, 2.

5. *carnem]* Gal 5, 17.

12. *Christus]* Gal. 3, 16.

14. *claudit]* Apoc. 3, 7.

16. *caelorum]* Cf. Luc. 11, 52.

18. *sed nobis redditur]* Tract. de ps.

XIII. 31, 8 ‘Illi promisit, nobis redditurus est.’

20. *perdidistis]* Confer supra, In die dominica Pasch. 417 20 sqq.

22. *ut diximus]* paulo ante, p. 53, 5.

25. *Dei]* Ps. 18, 2.

es et in terram ibis', quare sancto vel iusto non dicatur, Caelum es et in caelum ibis? Sanctorum enim iuxta apostolum 'conversatio in caelis est'. Quod autem dicit, Confitebuntur caeli mirabilia tua, signum est paenitentiae praedicandae, quam nos apostolis annuntiantibus in Domini Iesu Christi confessione suscepimus; qui, si eorum monita et exempla sequamur, possumus nos quoque caeli appellari, quando illos imitamur, quorum conversatio sit in caelis. Dicit enim in alio loco propheta: 'Advena sum ego in terra et peregrinus sicut omnes patres mei'. Et hoc in Iudaea loquebatur, hoc est, in patria sua: et quomodo peregrinum se esse dicit? Sed quoniam sancti in praesenti saeculo peregrinantur in terra, nihil terrenum possidere cupientes, quorum possessio omnis in caelo est, ubi habet mansiones, ubi habet 'civitatem, cuius artifex et conditor Deus'. Ideoque et propheta, qui non est de hoc mundo, hic peregrinum se esse dicit, et animi voluntate ad patriam suam festinat, hoc est, ad paradysum, ad regna caelorum. Ne dicas, haeretice, quia dixi paradysum patriam esse sanctorum, quod animas asseram ante fuisse, quam in corpora huc venirent. Nec hoc dico, sed iuxta apostolum dico, qui affirmat nos omnes in praevaricatione Adae de paradiso per peccatum fuisse deiectos. Hoc apostolus dicit, Adam etiam in nobis corruisse, qui postea futuri eramus. Ideo nunc in Christo, hoc est, caelesti Adam credimus, qui per peccatum primi Adam de paradiso cecidimus, nunc

2 *iuxta*] *iusta* L. 5 *qui*] L; *quia* MOV. 8 *sum ego*] *ego sum* M. *Et hoc in* L; OV om. *hoc*; *Et in hoc in* M. 10 *dicit*] *dicebat* L. *in terra*] L; *in terris* MOV. 11 *in caelo*] V om. *in*. 12 *habet... habet*] LM; *habent... habent* OV. De *habet* impersonali ap. Hieron. cf. Goelzer, p. 422. 13 *Deus*] OV add. *est. et*] L; om. MOV. 14 *esse dicit*] *dicit esse* OV. *voluntate*] *voluntatem* L, *m* postea expuncta M; *et voluntate* V. 16 *patriam esse*] *esse patriam* OV. 17 *in corpora*] M, *a ex e* corr. L; *in corpore* OV. *Nec*] L; *Non* MOV. *iuxta*] *iusta* L more suo. 19 *deiectos*] MOV; *egiectum*] g postea expuncto L, qui et add. verba *de paradyso* mox tractu calami deleta. 20 *nunc in*] LM; OV om. *in*. *hoc est*] M; *hoc* L, omisso *est*; *hoc est in* OV. 21 *credimus*] Deesse hic coniunctionem *quod* aliamve huiusmodi particulam primum suspicatus sum; postea vero memini alia suppetere in hisce tractatibus exempla constructionis *credimus... redeamus*: cf. 8, 1 *iudicandi sunt... oderint*; 65, 12 *Sicque fit... inferatur*.

1. *ibis*] Gen. 3, 19. Idem omnino t. III^o 259, 2 sqq. 'Ceterum secundum intellegentiam spiritalem quomodo dicitur peccatori *Terra es et in terram ibis*, sic et sancto, dicitur, *Caelum es et in caelum ibis*'. Cf. infra, Tractatum de Psal. 96; et Origenis homiliam V in Jerem. ab Hieronymo translata, Migne 25, 657 A.

2. *in caelis est*] Phil. 3, 20.
8. *mei*] Ps. 38, 13.
13. *Deus*] Hebr. 11, 10.
17. *huc venirent*] Tract. de Psalmo LXXXIX. 107, 12 'Subrepat in hoc loco haeresis: ... Ergo erant animae antequam fieret orbis'. Cf. etiam Tract. de Ps. LXXVIII. 67, 5 sqq.
19. *deiectos*] Rom. 5, 12 sqq.

per secundi Adae iustitiam ad paradisum redeamus. Confitebuntur caeli
 mirabilia tua Domine. Quae mirabilia? quia caelum fecisti? aut quia
 terram fundasti? aut quia in unum maria congregasti? Quid enim hoc
 in Deo grande est, cui omnia dixisse fecisse est? Ista ergo in Deo sunt
 5 magna, in Deo mirabilia, quia Deus homo factus est, quia in virginis
 utero latuit, quia natus ex virgine in praeseptio iacuit, quia ab hominibus
 vulneratus est qui hominum vulnera sanabat, quia alapis caesus est, quia
 crucifixus est, quia immortalis mori passus est, et tantam ab hominibus
 iniuste illatam sustinuit poenam, qui ne poenam homines sustinerent
 10 ista perpetitur. Sol Dominum suum in cruce pendentem videre non
 potuit, sed abscondit se, ne Iudaeorum sacrilegio misceretur. Terra
 quoque contremuit, petrae scinduntur, omnis creatura turbatur, quia
 creator eius occiditur. Velum templi scinditur, quia quod clausum fuerat
 in Iudaea in cunctis gentibus aperitur; velum scinditur, et legis mysteria
 15 fidelibus ostenduntur: nam incredulis usque hodie operata sunt. Cum enim
 Moyses legitur, et vetus testamentum a Iudaeis omni sabbato recitatur,
 iuxta apostolum 'velamen positum est super cor eorum'. Legunt enim
 legem, sed non intellegunt, quia obscurati sunt oculi eorum ne videant.
 Similes enim sunt his de quibus dicitur: 'Oculos habent et non videbunt,
 20 aures habent et non audient'.

Quoniam quis in nubibus aequabitur Domino? Nubes sunt prophetae,
 nubes sunt apostoli, qui in arida hominum corda imbres inrigant doc-

2 *Domine*] om. M. 3 *hoc in Deo grande est*] *in Deo grande est hoc* M. 4 *Ista ergo*
in Deo sunt magna, in Deo mirabilia] M; *Ista ergo sunt magna in Deo mirabilia* L; *I. e. sunt*
in Deo magna mirabilia OV. 5 *Deus homo*] LM; *Deus et homo* OV. *virginis*] MOV;
virginalis L, s postea in fine deleta. 7 *sanabat*] *sanavit* L. *quia crucifixus... passus est*
 LM; om. OV. 15 *usque hodie operata sunt*] LM; *operata sunt usque hodie* OV. 16 *a*
Iudaeis] MOV; L. om. a. 17 *eorum*] *illorum* L. 18 *sed non*] LM; *et non* OV.
 19 *videbunt*] L; *vident* MOV in instanti, cum Psalt. Veron.

4. *dixisse fecisse est*] Hieron. in Mt. 16, 18 'quia meum dixisse fecisse est'.

15. *ostenduntur*] Hieron. in Matth. 27, 51 'Velum templi scissum est, et omnia legis sacramenta quae prius tegebantur, prodita sunt, atque ad gentium populum transierunt'; Epist. 120, c. 8, n. 2 'Deinde iuxta anagogen dicendum est, quod inclamante Iesu et emittente spiritum velum templi scissum sit in duas partes a summo

usque deorsum, et omnia legis sint revelata mysteria; ut quae prius recondita tenebantur, universis gentibus proderentur'.

17. *eorum*] 2 Cor. 3, 15.

18. *ne videant*] Ps. 68, 24.

20. *non audient*] Ps. 113, 5 sq.

21. *Nubes sunt prophetae* etc] Idem Hieron. usque ad satietatem t. III², 43, 13; 54, 20; 141, 14; 143, 11; 181, 30; 296, 14 etc.

trinarum. *Similis erit Domino in filiis Dei?* Omnes sancti filii Dei appellatione et vocabulo nuncupantur, quia adoptione sunt filii; ceterum filius Dei Dominus noster Iesus Christus solus est filius natura proprius. De quo dicitur, Quis in nubibus vel in filiis Dei similis erit Domino? Hoc est, quis angelorum vel sanctorum creatori poterit adaequari in gloria vel in virtute, cum omnibus ipse det gloriam, ut laudes eius sine fine sint: quem omnis creatura expavescit et tremit, quem cherubin et seraphin, quem quattuor animalia sine cessatione collaudant, quem dominationes et principatus adorant, quem omni terra veneratur? Cui est gloria et imperium in saecula saeculorum. Amen.

[Hucusque codex Laurentianus. Sequuntur in MOV breves adnotatiunculae, quae maximam partem in Breviarium (=β) receptae sunt, verum ibi quidem alienis mercibus inmixtae:

Deus qui glorificatur in consilio sanctorum Paraclitus scilicet, qui in congregatione apostolica adorandus erat, aequalis esse Patri ac Filio praedicatur. *Magnus et metuendus super omnes qui in circuitu eius sunt.* Qui ei per innocentiam vitae appropinquare meruerunt.

Domine Deus virtutum quis similis tibi? potentia et virtute. *Potens es Domine, et veritas tua in circuitu tuo.* Ipsa veritas ait: 'Pater, volo ut ubi ego sum et ipsi sint mecum'.

Tu dominaris potestati maris, motum autem fluctuum eius tu mitigas. Tentationes, quas commovent servis tuis.

Tu humiliasti sicut vulneratum superbum. Diabolum, qui clavis crucis tuae sauciatus est. *Aquilonem et mare tu creasti.* Aquilo Antichristus intellegitur, de quo Dominus ait ad Hieremiam: 'Ab aquilone pandetur malum super cunctos habitatores terrae'.

Thabor et Hermon in nomine tuo exultabunt. Hermon anathema interpretatur; Thabor, veniens lumen, vel veniat lux. Lumen, vetus testamentum intellegitur.

1 *Domino*] MOV cum gr. τῷ κυρίῳ; *Deo* L. *in filiis*] MOV; *inter filios* L cum Rom. Psalt. *filiis Dei*] LM; OV om. *Dei.* 2 *quia*] L; *qui* MOV. *adoptione*] M, ne 1^a m. corr. ex *ni*; *adoptionis* LOV. 3 *solus*] om. L. *filius*] LM; om. OV. 4 *in nubibus*] *aequabitur* inserit L, et om. *vel in filiis Dei similis erit.* 6 *in virtute*] L om. *in. laudes*] MOV *laus* L, forsitan recte. 7 *sint*] *Canticum* inser. unus L, ex quo factum ut pronomen *quem* postea mutaretur in *quod.* *tremit*] OV, *it* corr. ex *et* M; *tremat* L. Cf. verbum ital. *tremare.* 9 *Cui est... Amen*] cod. L unus. 19 *commovent*] β, *t* corr. ex *s* M; *commovens* item O in textu; *commoves* V, O marg. 24 sq. *Thabor*] *Tabor* OV. 25 *Lumen*] codd., ast in Breviario plura leguntur: *Igitur iste qui optative vel propheticè adnuntiatur (pro adnuntiat?) venire lumen...* Forsitan antiquariorum oscitantia linea integra exciderit.

9. *quem omnis terra veneratur*] Heic subit animo illius hymni TE DEUM decantatissimi versiculus: 'Te aeternum Patrem *omnis terra veneratur*'. Verum haec una erat ex formulis in sollemni gratiarum actione antiquitus usurpatis,

v. gr. in Missa III ap. Mone, p. 20: 'quem omnis angeli cumlaudant et astra mirantur, maria benedicunt, *terra veneratur*'.

17. *mecum*] Io. 17, 24.

23. *terrae*] Jer. 1, 14.

Ille enim qui anathema, id est, perditionem profert, novum testamentum ostendit, in quo peccata anathematizare iubemur, dicente Domino ‘Nisi paenitentiam egeritis, omnes simul peribitis’.

Domine in lumine vultus tui ambulabunt. In illuminatione utique Spiritus sancti. *Et in nomine tuo*, id est, christiano.

Quoniam gloria virtutis illorum tu es, et in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum. Sicut eis beneplacita fuerunt praecepta tua, ita tibi beneplacitum est, et in te exaltabitur virtus eorum.

Quoniam Domini est assumptio, carnis utique. *Et sancti Israel regis nostri.*
10 Ipsius Domini nostri Iesu Christi, qui in saecula regnat.

Hinc iterum propheta ad Patrem loquitur: *Tunc locutus es in aspectu filiis tuis*: in visione sanctis tuis, prophetis tuis atque electis. *Et dixisti, Posui adiutorium super potentem, et exaltavi electum de plebe mea*: Christum Dominum, qui propterea electus de populo dicitur, quia carnem assumpsit ex homine.

15 *Inveni David servum meum.* Id est, elegit ut eius genere assumeret carnem. Quod autem ait, servum meum, apostolus explanat: ‘Non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo, sed semetipsum exinanivit, formam servi accepit’.
Oleo sancto meo unxi eum: hoc est, laetitia et sanctitate.

Manus enim mea auxiliabitur ei, et brachium meum confortabit eum in assumpto
20 corpore.

Nihil proficiet inimicus in eo: diabolus scilicet. *Et filius iniquitatis non nocebit ei.* Iudas traditor.

Et concidam inimicos eius a facie ipsius: et Iudaeos utique, qui saepe a Domino confusi, tamquam concisi gladiis, discedebant a conspectu eius. *Et odientes eum in fugam convertam* cum daemonibus dicit iniquis, qui coram eo saepius fugiebant.

Et veritas mea et misericordia mea cum ipso, et in nomine meo exaltabitur cornu eius. *Et ponam in mari manum eius, et in fluminibus dextera eius*: hoc est, super principatus et potestates mundi.

30 *Ipsae invocabit me, Pater meus es tu. Ego primogenitum ponam illum, excelsum prae regibus terrae.* Etenim Dominus Iesus ‘primogenitus ex mortuis’, sicut ait apostolus, excelsus factus, caelos ascendens, regna mundi subiciens cuncta.

In aeternum servabo illi misericordiam meam, et testamentum meum fidele ipsi. Haec in ecclesia perpetualiter conservat, quam redemit per testamentum suorum
35 praeceptorum.

Et ponam in saeculum saeculi sedem eius, et thronum eius sicut dies caeli. Con-

3. *peribitis*] Luc. 13, 3.

17. *accepit*] Phil. 2, 6 sq.

31. *ex mortuis*] Col. 1, 18.

32. *excelsus factus*] Conf. Hebr. 7, 26.

Simulque recte suspicetur aliquis car-

men quoddam christianum heic commemorari: ‘Dominus Iesus / excelsus factus / caelos ascendens / regna mundi / subiciens cuncta’.

gregatio enim sanctorum quae in ecclesia est, in qua Deus tamquam in throno residet.

Si dereliquerint filii eius legem meam et cetera usque Et quae procedunt de labiis meis non faciam irrita. Quod derelictores legis, iudiciorum oblitores, profanatores iustificationum, mandatorumque transgressores in virga, id est, in disciplina Dei corripiantur, et misericordia divina non auferatur. Illud ostenditur, ut nullus sine spe recuperationis ab ecclesia arceatur: quia sicut severitas divina terret arguente iustitia, ita pietas reparat moderante clementia.

Semel iuravi in sancto: meo in Homine illo Dominico. *Si David mentiar.* Nullo enim mendacio circumscribitur Deus. *Semen eius in aeternum manebit:* id est, 10
est, populus acquisitus.

Et thronus ejus sicut sol in conspectu meo. Significat ipsam ecclesiam in claritate futurae beatitudinis permanere. *Et sicut luna perfecta,* id est, tota lucida. *Et testis in caelo fidelis.* Ipse Christus Dominus, qui fidele testimonium reddidit Deo Patri in mundo, in caelos evectus. 15

Hinc ad Patrem vox apostolica: *Tu vero repulisti et distulisti Christum tuum:* tradendo inimicis.

Avertisti testamentum servi tui, per quod promiseras nos secum regnare. *Profanasti in terra sanctuarium eius.* Promiseras enim quod non dares sanctum tuum videre corruptionem, et nunc in sepulcro tegitur. 20

Destruxisti omnes sepes eius. Verba legis et prophetarum, in quibus retinebamur.

Diripuerunt eum omnes transeuntes viam. Transeunt enim illum qui dixit 'Ego sum via veritas et vita', cum vel vestimenta eius dividunt, vel corpus clavis et mucrone confodiunt. *Factus est obprobrium vicinis suis.* Iudaeis ac principibus 25
sacerdotum.

Exaltasti dexteram inimicorum eius, cum humilias eum in mortem. *Laetificasti omnes inimicos eius.* Pilatum cum gentibus et Iudaeis.

Avertisti adiutorium gladii eius: cum non proficit Iudaeis sermo praedicationis illius. *Et non es auxiliatus ei in bello:* in conflictu utique passionis. 30

Et sedem eius in terram collisisti. Id est, sanctorum animas, quae conturbantur de obitu eius.

Minorasti dies temporis eius, perfudisti eum confusionem. Confusionem utique mortis. Haec dicebant apostoli, ignorantes eum a mortuis debere resurgere. Ideo ergo talia loquebantur apostoli, quasi exprobrantes Patri, quia ignorabant eum ab 35
inferis redire. His igitur succedens ecclesia dicit:

Usquequo Deus irasceris in finem? exardescet sicut ignis ira tua? Quamdiu irasceris, ut eum a mortuis non revoces?

9. in Homine illo Dominico] De hac locutione, a nonnullis quidem Patribus reprehensa, ab Hieronymo tamen in translatione libri Didymi De Spiritu sancto usurpata, lege sis not. editorum ap. Migne 23, 152 D.
20. corruptionem] Ps. 15, 10.
24. vita] Io. 14, 6.

Memorare Domine quae sit mea substantia. Nulla mihi est vitae substantia, nisi in eo quem praestolor reverti de tartaro. *Numquid enim vane constituisti filios hominum?* Si enim illos non vane sed veraciter spe resurrectionis constituis, quanto magis debes suscitare Filium tuum?

5 *Quis est homo qui vivit et non videbit mortem? aut quis eruet animam suam de manu inferi?* Scio quid nullus carneus evadet mortem, neque animam suam servabit ab inferis; sed novi quia Deus sub velamento carnis latebat absconditus, quoniam mors et infernus non debeant retinere.

Ubi sunt misericordiae tuae antiquae Domine, sicut iurasti David in veritate tua?

10 Si hic non resuscitatur.

Memor esto opprobrii servorum tuorum, qui eum expectant. *Quod continui multarum gentium:* quos congregavi tamquam in sinu, in una domo credulitatis.

Quod exprobraverunt inimici tui Domine. Iudaei, Sadducei, Pharisaei que. *Quod exprobraverunt in commutationem Christi tui.* Cum se ab his commutans

15 ad gentes diceret: 'Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta'.

Benedictus Dominus in aeternum: fiat fiat.]

DE PSALMO LXXXVIII.

Lectus est octogesimus nonus psalmus, cuius titulus hic est: *Oratio Moysi hominis Dei.* Quarti libri exordium est, quoniam psalterium in
20 quinque libros divisum scire debemus. A primo usque quadragesimum liber primus, a quadragesimo usque septuagesimum primum liber secundus, a septuagesimo primo usque ad octogesimum octavum liber tertius, ab octogesimo octavo usque ad centesimum quintum liber quar-
25 tulus, a centesimo quinto usque in finem liber quintus; et ideo quarti libri principium est, Oratio Moysi hominis Dei. Hebraei non solum istum psalmum, sed et alios decem qui sequuntur, quoniam in eis titulus non habetur, putant a Moyse esse conscriptos. Et propterea eos qui sine titulo sunt eius putant esse cuius et ille est, quia ei qui inscriptus est titulo adiacere videntur.

14 *in commutationem]* OV, cum praepositio in ceteris versionibus minime legatur. 15 *diceret]* O²; *dicere* V. 17 *DE PSALMO LXXXVIII]* Ex quattuor codd. LMOV. 20.21 *usque]* L; MOV add. 21 *primus]* LM; OV add. *est.* a *quadragesimo]* LM; om. OV. 22 *secundus]* OV add. *est.* 23 *quartus]* *est* item add. OV. 24 *quintus]* *quintus est* OV. 26 *qui]* *quae* L. 27 *conscriptos]* *conscriptus* L. 28 *inscriptus]* *inscriptum* L.

15. *deserta]* Luc. 13, 35.

19. *in quinque libros divisum]* Cf. Commentariol. 46, 11.

27. *a Moyse esse conscriptos]* Hieron. Praefat. Comment. in Malach. 'Quod et in psalmis diximus, qui titulos non habent, eorum esse credendos, quorum

priores psalmi nominibus praenotati sunt'; Epist. 140, n. 2 'Hanc habente scriptura sancta consuetudinem, ut omnes psalmi, qui cuius sint titulos non habent, his deputentur, quorum in prioribus psalmis nomina continentur'.

Oratio Moysi hominis Dei. Si omnes homines essent homines Dei, numquam additum esset, Oratio Moysi hominis Dei. Vultis scire quoniam non omnes homines homines Dei sunt? 'Homo cum in honore esset non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, et similis factus est illis'. Grande est ergo, dici homines Dei aut servos Dei. Quando enim de aliquo sic dicitur, non humilitatis sed dignitatis indicium est; nec enim condicio servitutis ostenditur, sed bene servientis dignitas demonstratur. Oratio Moysi hominis Dei. A Moyse lex conscripta est, a Moyse mundi natura monstratur, a Moyse dictum est quomodo homo ad imaginem Dei conditus sit. Quid ergo est hoc quod dicit, Oratio Moysi hominis Dei? Moyses quidem scribit quomodo factus est homo, ipse scribit et quomodo corrui. Nunc ergo orat, ut ille qui corrui in mortem eleveatur ad vitam, et qui per peccatum cecidit diabolo faciente, rursum per Christum resurgat ad gloriam. Propterea ergo Moyses orationem facit ad Deum, et dicit:

Domine refugium factus es nobis. Refugium numquam dicitur, nisi fuerit persecutio: nisi enim nos alius persequatur, non indigemus ad alium refugere. Domine refugium factus es nobis. Quoniam nos grandis tribulationum aestus fatigat et cauma, sub umbra alarum tuarum refugimus. Domine refugium factus es nobis. Propterea ad tuum refugimus auxilium, quia nos grandis bestia persequitur; et quoniam multos adversarios habemus et hostes, tu nobis saltem unus esto refugium. *In generatione et generatione.* In isto loco serpens sibilat. Qui enim prius

3 *homines homines Dei*] OV; vox *homines* in LM non geminatur. 5 *homines*] scripsi; *hominis* LMOV. *servos*] item ex coniectura; *servus* OV; *servi* LM. 7 *condicio*] M; *conditio* LOV. 10 *Oratio M. h. Dei*] om. L. 11 sq. *scribit... scribit*] L; *scripsit... scripsit* LOV. 12 *in mortem*] *in morte* L. 14 *per Christum resurgat*] *res. p. Christum* M. *ad gloriam*] L; *in gloria* MOV. 15 *facit ad Deum*] *ad Deum facit* OV; *ad Dominum fecit* M. 18 *refugere*] LM; *confugere* OV. *refugium*] M inser. *tu.* 21 *bestia*] L; *mestitia* MOV. Cf. Hieron. ep. 140, n. 5. 'Si saevissima bestia hominis sanguinem sitiatur...' 22 *unus esto*] *esto unus* M. *In generatione et generatione*] constanter scripsi iuxta graecum, neque codicum qui numquam sibi constant lectioes palam recoquere necessarium duxi. 23 *enim*] LM; om. OV. *prius a. dicunt*] L; *animas d. prius* MOV.

5. *illis*] Ps. 48, 13.
servos Dei] Tract. de ps. CXV. 218,
 5 'Grandis dignitatis est et meriti, esse
 servum Domini'.

16. *Refugium numquam dicitur* etc.]
 Conferendus omnino locus iste est
 cum epist. 140 Hieronymi de hoc ipso
 psalmo LXXXIX ad Cyprianum, n. 5.

19. *et cauma*] Cf. Goelzer 'Latin. de

s. Jérôme' p. 207.

23. *serpens sibilat*] Hieron. advers.
 Iovin. 1, 4 'Haec sunt sibila serpentis
 antiqui'; Tract. de princip. Marci, III²
 326, 11 'Videtis sibila serpentis anti-
 qui?' etc.

Qui enim prius, animas dicunt etc.]
 Idem qui supra 54, 17 et 56, 15, scil.
 Origenistae.

animas dicunt factas quam saeculum et ante quam in corpora mitterentur, hoc dicunt : Domine tu refugium factus es nobis in generatione et generatione, priusquam fierent montes aut formaretur orbis terrae : hoc est, priusquam mundus iste crearetur, tu nobis fuisti refugium : male distinguentes, male intellegentes. Nos enim sic debemus dicere : Domine tu refugium factus es nobis in generatione et generatione. Ethuc usque distinctio. Deinde sic quod sequitur: *Prius quam fierent montes, et formaretur orbis terrae, a saeculo et usque in saeculum tu es Deus.* Hoc ergo dicitur, non quo hominis anima ante saeculum fuerit, sed quo Dominus Deus semper fuisse et ante saecula esse monstretur. Denique et sequens versiculus conveniens dicit, Et a saeculo et usque in saeculum tu es Deus. Ab aeternitate usque in aeternum manens es, nec principium nec finem habens.

Ne avertas hominem in humilitatem. Moyses pro homine deprecatur, et quid dicit? Quem ad imaginem tuam condidisti, non perire patiaris. Ne avertas hominem in humilitatem. Non consideres corporis vilitatem, sed animae dignitatem. Sufficiat nobis quod semel audivimus ' Terra es et in terram ibis ', et propter peccati conscientiam humiliamur. Ne avertas hominem in humilitatem. Ne avertas, sed convertas : tu enim dixisti per omnes prophetas, *Convertimini filii hominum.* Sufficiat quod peccastis : agite paenitentiam, ut salutem habere possitis. Ne avertas hominem in humilitatem. Mitte Filium tuum, ut corpus nostrae humilitatis erigat in sublime, et de terrae oneribus liberatum per novam conversationem elevet ad caelum.

Quoniam mille anni ante oculos tuos sicut dies hesterna quae praeteriit. Ad aeternitatem Dei omne tempus hominis breve est : quamvis nobis

1 *in corpora mitterentur*] scripsi, cf. supra 56, 17 etc; *in corpore mitt.* L; *mitt. in corpore* MOV. 2.4 *tu*] LM, cf. supra 62, 18; om. OV. 3.7 *fierent montes*] L cum Psalt. Rora; *montes fierent* MOV. *terrae*] iterum cum Psalt. Rom. L; om. MOV. 7 *sic*] LM; om. OV. *et*] L, in graeco quoque $\alpha\lambda\iota$ legitur; *aut* MOV. 9 *non quo... sed quo*] scripsi; *non quod... sed quod* M; *non quo... sed quoniam* L; *non quod... sed quoniam* OV. Cf. cl. Ambr. Amelli praefationem ad 'S. Hieronymi Tractatum contra Origenem de visione Esaiiae' (Montecassino 1901), p. XI. *Dominus*] L optime; om. MOV. 10 *monstretur*] L; *demonstraretur* MOV. 11 *dicit*] L; *est dicens* MOV. *Et a saeculo*] MOV, gr. $\alpha\lambda\iota \acute{\alpha}\pi\omicron \tau\omicron \upsilon \alpha\iota\omega\nu\omicron \varsigma$; L om. *et*. 14 *in humilitatem*] *in humilitate* codd. hoc loco, qui tamen deinceps non sibi constant. 15 *imaginem tuam*] L; *tuam im.* MOV. 17 *Sufficiat*] L; *sufficit* MOV. *audivimus*] *audimus* L. 18 *in terram*] *in terra* V. *avertas, sed*] L; *avertas hominem sed* MOV. 20 *prophetas*] OV add. *tuos*. 21 *ut*] MOV; *et* L. 25 *sicut*] L; *tamquam* MOV. 26 *nobis*] L; om. MOV.

4. *male distinguentes*] In priore Tract. distinguis, haeresis'.
de hoc Psalmo, III² 107, 20 'Male 18. *ibis*] Gen. 3, 19.

longum esse videtur, sed ad comparationem aeternitatis, quia fine concluditur, pro nihilo computatur.

Et custodia in nocte. Nox quattuor habet vigiliis per ternas horas distinctas, sicut in evangelio dicitur 'Quarta vigilia noctis venit ad eos' Iesus, quod circa galli cantum intellegitur. Hoc est ergo quod dicit: 5 mille anni apud te, non solum ad brevitatem diei, sed ad trium horarum spatia comparandi sunt. *Quae pro nihilo habentur anni eorum.* Quod dicit, hoc est: quoniam homo a principio mundi vivebat pene mille annis, et mille anni ante Deum sic sunt quasi custodia in nocte. Immo satis dixi: sic sunt tamquam nihil aetates hominum ad comparationem divinae 10 aeternitatis. Vultis scire plenius quam nihil sit humana vita? Audite quid sequitur. *Mane sicut herba transeat.* Quomodo ros matutinus cito transiit, sic est hominum vita. Mane nostrum, adolescentia est. *Mane floreat et transeat.* In adolescentia et perfecta aetate floruimus, in senecta vero concidimus, et flos nostrae virtutis emarcuit. Quis enim nostrum scit 15 quomodo aetas nostra pertransit? Nescientibus pene nobis, ita nos post tergum occupat senectus. *Vespere decidat, induret et arescat.* Vespere nostrum senectus est, quae iuventutis flore discusso, vario morborum induratur horrore. 'Omnis quippe caro faenum, et gloria eius sicut flos faeni aruit et decidit; verbum autem Domini manet in aeternum'. Ad- 20 huc vivimus, et pars nostra iam periit in senecta: licet animus idem sit, nos tamen qui vigorem pristinae iuventutis amisisse sentimus, quodammodo alii sumus.

In ira tua defecimus. Quia iram tuam per peccata meruimus, immortalitatem quam dederas perdidimus in Adam, a quo nobis quasi natu- 25 raliter peccatum hereditario iure dimissum est. *Et in furore tuo turbati sumus.* Pulchre dixit, turbati: qui enim turbatur, non perit, sed terrore concutitur, ut sentiat potentiam eius quem peccando contempserat, et ad paenitentiam humilis subditusque confugiat. Et in furore tuo turbati su-

1 videtur] L; videatur MOV. quia] MOV; om. L. 7 comparandi] i ex a postea corr. M. 8 vivebat] LM; om. OV. 9 Immo satis dixi] Ita omnino quattuor codd. 10 aetates] aetatis OV. 12 matutinus] OV, us corr. ex um M; matutina L. Cf. Roensch, Itala und Vulg. p. 271. 13 sic] L; et sic MOV. 14.21 senecta] LM; senectute OV. 16 pertransit] LM; pertransiit OV. post tergum] postergum LOV. 17 induret] indurat L. 18 quae] OV; et M; ex L. 19 faenum] fenum L. 20 decidit] cecidit M. 22 amisisse] scripsi; ammisisse L; amissae OV; amisse M, mutat. in amissum. 25 perdidimus] LM; perdideramus OV. a quo] scripsi; a qua codd. 26 peccatum] peccata L. hereditario] hereditarium L. turbati] LM; conturbati OV. 27 periit] LM, O marg; periit V, O in textu. 28 quem] LM; qui OV. contempserat] L; contempsit MOV.

4. ad eos] Matth. 14, 25.

20. in aeternum] Is. 40, 6. 8.

mus. Quia offendimus, perturbamur ; sed quia Christum tuum credentes suscepimus, consolamur.

Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo. Nihil te nostrorum latuit peccatorum : omnia apud te manifesta sunt quae commisimus mala.

5 *Saeculum nostrum in illuminatione vultus tui.* Omne quod vivimus, sive quod agimus, tuos oculos non latet : tenebrae ipsae non celantur apud te.

Quoniam omnes dies nostri defecerunt. Ita dies transeunt et mors propinquat, ut quodammodo ignorantibus nobis aetas omnis et vita ipsa subtrahatur exigua. Hoc ipsum, quod ego nunc loquor et vos auditis,
10 de parte vitae nostrae deciditur ; et quamvis credamus in hoc aliquem animae esse profectum, tamen quia horarum spatia consumit, damnum est temporis et aetatis. Sicque fit, ubi lucrum nos habere putamus, ibi damnum potius inferatur.

Anni nostri sicut aranea meditabuntur. Nihil pulchrius potuit dicere,
15 quam ut humanam vitam et omnem sollicitudinem nostram studiaque describeret, quibus huc illucque discurremus et opes praeparamus, divitias quaerimus, aedificamus domos, liberos procreamus : et videte cui rei comparantur. Anni nostri sicut aranea meditabuntur. Sicut enim araneam videmus in parietibus fila deducere, telas texere, quae repentino
20 vento solvuntur ; ita vitae omnis nostrae actus repentino tribulationis aut mortis impetu dissipantur. *Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni.* Videte quomodo paulatim humana vita subtracta est. Primo in paradiso acceperamus aeternitatem, quam perdidimus per inobedientiam : postea in mille annos vita antiquorum dilatata est : nunc in tem-
25 poris nostri faece vix usque ad septuaginta pervenitur.

Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni : si autem multum,

1 tuum] LM ; ut OV. 4 commisimus] commississimus OV. 5 in] om. V, postea sup. lin. add. M. 6 agimus] MOV ; cogitamus L. 10 credamus] om. L. 11 animae] OV add. meae, sed in O diphthongus ae calami tractu deleta est. esse] om. L. 12 temporis] tempore V. Sicque fit... inferatur] quattuor codd. absque ut, quemadmodum supra 8, 1 ; 65, 12. 16 et opes... quaerimus] LM ; om. OV. 18 comparantur] MOV ; comparatur L. araneam] L ; araneas MOV. 20 vitae omnis] vitae om̄s L, omnis vitae M ; omnes vitae OV. 21 dissipantur] disip̄. OV. 22 anni] scripsi ; annis codd. hic et paulo infra. 24 in mille] LM ; OV om. in. 26 anni] annis codd.

9. *Hoc ipsum, quod etc]* III² 109, 14 'Hoc ipsum, quod loquimur, de morte est'.

14. *Nihil pulchrius potuit dicere]* Tract. de ps. LXXVI. 52, 9 'Non potuit pulchrius dicere...'

17. *liberos procreamus]* Tract. I de Ps.

LXXXIX 109, 17 'Sic et vita hominum huc illucque discurret... Possessiones quaerimus, divitias apparamus, procreamus filios'.

26. *si autem multum]* Ita certe Hieron. in laudata epist. ad Cyprianum et in Psalt. ex Hebr.

octoginta : et amplius eorum, labor et dolor. Videte quid dicat, Amplius eorum labor et dolor. Hoc est quod superius diximus, quia ubi lucrum putamus in vita nostra, ibi damnum et incommodum invenimus. Ubi augmentum annorum, ibi senectus : ubi senectus, ibi morbi : ubi morbi, ibi tormenta : ubi tormentum, ibi mortis desiderium. 5

Quoniam supervenit mansuetudo, et corripiemur. Quae est ista mansuetudo, per quam corripimur? 'Memento Domine David et omnis mansuetudinis eius'. Quae est ista mansuetudo? 'Discite quia mansuetus sum et humilis corde'. Supervenit mansuetudo. Non dixit, venit mansuetus, sed venit mansuetudo, quod est Dominus noster Iesus Christus; qui 10 quomodo in alio loco, non sapiens, sed sapientia vocatur, ita et hic, non mansuetus, sed mansuetudo ipsa nominatur.

Dexteram tuam sic notam fac, et compeditos corde in sapientia. Dexteram tuam, qua mundum fecisti, mundum illumina. 'Brachium enim Domini cui revelatum est?' Dexteram tuam, qua fecisti hominem, ipsa corpus huma- 15 num assumat et salvet. Et compeditos corde in sapientia. Ita intellegi potest : qui antea libere vagabantur, compediuntur sapientia tua. Melius est enim bene compediri, quam male liberos habere pedes; melius est bene stare, quam male currere. Quomodo pullus ille in evangelio, qui antea liber erat, et infrenis per praecipitia ibat, postea sessus a Domino 20 refrenatur, et bene ambulare docetur : sic te deprecamur, ut dexteram tuam mundo notam facias, ut vagi et instabiles compediuntur tua sapientia.

Convertere Domine usquequo. Convertere Domine, et ad imaginem tuam inspicere : noli nobis dorsum ostendere, sed faciem tuam. Convertere 25 usquequo. Qui dicit usquequo, ostendit se desiderare, et desiderii sui moras sustinere non posse.

Repleti sumus mane misericordia tua. Mystera sunt quae dicuntur in psalmis, et figuris plena sunt omnia. Moyses ex persona humani generis deprecatur, ut filius Dei venire dignetur ad terras. Et quia dixerat, dexte- 30

1 *octoginta]* in *octoginta* L. *eorum]* est add. M; sed et Hieron. ex hebr. legebat *et quod amplius eorum est.* *Videte]* vide M. 4 *augmentum]* *auem.* M. 8 *Discite]* MOV add. *a me.* *mansuetus]* L, delete *mitis*; *mitis* MOV. 9 *Supervenit]* *superveniet* V. *dixit]* LM; om. OV. 15 *fecisti hominem]* *hom. fec.* M. 19 *male currere]* LM; OV om. *maie.* 20 *infrenis]* LM, vox ab Hieronymo usurpata (cf. Goelzer, p. 165); *effrenis* OV. 21 *et... docetur]* LM: *ut... doceatur* OV. 24 *et]* L; om. MOV. *ad imaginem tuam]* cum *inspicere* coniungunt LM; OV cum *Convertere Domine.* 25 *noli]* *nolli* V. 26 *se]* LM; om. OV. 29 *figuris]* in *figuris* L.

8. *eius]* Ps. 131, 1.
9. *corde* Matth. 11, 29.

11. *in alio loco]* Ut puta 1 Cor. 1, 24.
15. *revelatum est?]* Is. 53, 1.

ram tuam sic notam fac, nunc quia exauditum se esse sentit, adiungit et dicit, Repleti sumus mane misericordia tua, quando Filius tuus die tertia a mortuis resurrexit. Et quia ad vesperam pro nostra vita in tenebras mortis descendit, ut nos ad lucem matutinam extraheret, ea hora nos plenitudinem tuae misericordiae cognoscimus. Unde vicesimus primus psalmus hoc titulo praenotatur: 'Pro assumptione matutina'. Semper quidem tua misericordia apparuit sanctis; sed numquam tam manifeste et tam plene effusa est, quam quando redemptor omnium pro communi salute resurrexit. *Et exultavimus et delectati sumus.* Post resurrectionis laetitiam Domini nostri, qua nos et redemptos et resurrecturos esse iam credimus, reliquis vitae nostrae diebus gaudentes in hac fiducia exultamus, et hymnis canticisque spiritualibus Deo reddimus laudem per Iesum Christum Dominum nostrum: cui est gloria in saecula saeculorum. Amen.

DE PSALMO XC.

15

Laus cantici ipsi David. Hoc primum scire debemus, quod ab octogesimo octavo usque ad centesimum, hoc est, undecim psalmos in hebraeo titulum non habere; et eos, sicut in superiori psalmo proxime tractavimus, ad eundem pertinere, ad quem pertinet et ille qui hoc titulo praenotatur: 'Oratio Moysi hominis Dei'.

3 a mort. resurr.] LM; resurr. a mort. OV. Et quia] OV; Et qui LM. in tenebras] LM; in tenebris OV. 4 lucem matutinam] L; mat. lucem MOV. 5 tuae miser.] L; miser. tuae MOV. vicesimus] vicesimus V; et tricesimus L. 9 sumus] MOV add. et cetera. 10 et redemptos] LM; OV om. et. 15 DE PSALMO XC] Ex uno cod. Laurentiano, in quo solummodo inscribitur: LXXX. Prior de hoc psalmo tractatus exstat t. III², pp. 113 sqq. 18 sicut in] scripsi; sicuti L. 19 tractavimus] tractabimus L.

6. matutina] Ps. 21, 1. Cf. Commentariol. 32, 8.

16. ab octogesimo octavo] Hoc ipso scilicet haud adnumerato, sicut nec altero termino. Ceterum audiendus ipse Hieronymus, ubi Contra Rufin. I, 13 haec de Origene adserit: 'Octogesium quoque nonum psalmum, qui scribitur *Oratio Moysi hominis Dei*, et reliquos undecim, qui non habent titulos, secundum Hiulli expositionem, eiusdem Moysi putat'; Epist. 140, n. 2 'Non solum nobis quinque reliquit libros (Moyses)... sed undecim quoque psalmos, ab octogesimo nono, cuius

principium est *Domine refugium factus es nobis*, usque ad nonagesimum nonum, qui inscribitur *Psalmus in confessione...* hanc habente scriptura sancta consuetudinem, ut omnes psalmi, qui cuius sint titulos non habent, his deputentur, quorum in prioribus psalmis nomina continentur'. Eandem opinionem recoquit, Praefat. Comment. in Malachiam: 'Tempus quoque titulusque conveniunt: quod et in psalmis diximus, qui titulos non habent, eorum esse credendos, quorum priores psalmi nominibus praenotati sunt'.

20. Dei] Ps. 89, 1.



Qui habitat in adiutorio Altissimi. Nostrum est incipere, Dei est adiuuare : neque enim dormientes coronat, sed laborantes. *In protectione Dei caeli commorabitur.* Pro eo quod legimus, Dei caeli, in hebraico habet SADDAI. Unde hoc quod in Iezechiele dicitur 'Et audivi vocem Domini Saddai loquentis' ita potest intellegi, quod audierit vocem Do- 5 mini Dei caeli loquentis : quoniam Saddai Dei caeli interpretatur.

Refugium meum Deus meus. Pulchre dixit, refugium : quoniam multi sunt persecutores, et tu solus refugium. Multa sunt vulnera, sed tu solus medicus es. *Sperabo in eum : quoniam ipse liberabit me de laqueo venantium.* In isto saeculo plures sunt venatores, qui animas nostras capere 10 desiderant, sicut a propheta dicitur : 'Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium'. Venatores quippe in scripturis sanctis in sinistram partem accipi saepe iam diximus. Nebrod enim ille gigas, adversus Deum semper rebellis, venator fuit. Esau quoque venator fuit. Quoniam ipse liberabit me de laqueo venantium. Legimus in Proverbiis : 15 'Oculus meretricis, laqueus peccatoris.' 'Quicumque enim viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam moechatus est eam in corde suo'. Quot peccata sunt, tot laquei ; quot laquei, tot venatores. Dogmata haereticorum, laquei sunt mortis. Denique sequitur : *et a verbo aspero.* Vides quoniam de haereticis dicitur. Pro eo quod nos habemus, aspero, in 20 hebraico habet 'abscondito.' Semper enim haeretici secreta quaedam et magna pollicentur, ut quae vera sunt et manifesta diripiant.

In scapulis suis obumbrabit tibi. Quis obumbrabit ? Utique Deus caeli, sicut gallina pullos suos, et quasi aquila nidum suum. Unde et in cantico Deuteronomii dicitur, quod populum Israhel in humeris portaverit, et 25 quasi aquila protexerit. Potest et de Salvatore intellegi, quod in cruce sua nos suis alis protexerit. *Et sub pennis eius sperabis.* 'Tota die expandi manus meas ad populum non credentem et contradicentem mihi'. Manus

4 sqq. SADDAI] scripsi ; *sa iai* L. Iezechiele] Ezechiele L, ultima e postea add. 6 inter-
fretatur] interpretaentur I, altera n add. I m. sup. lin. S et tu] fortasse pro sed tu, uti
lin. seq. 13 Nebrod] scripsi iuxta LXX Νεβρώδ ; Nebron L. gigas] corr. ex gigans L.
21 haeretici] ci add. sup. lin. L. 23 obumb.] obumb. L. Quis obumbrabit] Q. obumbravit L.

1. *Nostrum est incipere*] Cf. adnotata supra 39, 13.

2. *sed laborantes*] Item supra 40, 9.

4. *habet Saddai*] Lege sis adnot. in Commentariol. III¹ 70, 1.

5. *loquentis*] Ezech. 10, 5.

12. *venantium*] Ps. 123, 7.

14. *venator fuit*] Eadem fere ad litteram supra III² 114, 9 sqq.

16. *peccatoris*] Conf. Prov. 6, 25.

17. *suo*] Matth. 5, 28.

21. *habet abscondito*] Huic interpretationi non contradicit Psalterium ex hebr. Hieronymi 'de morte insidiarum'.

24. *pullos suos*] Cf. Matth. 23, 37.

26. *aquila protexerit*] Deut. 32, 11.

28. *michi*] Rom. 10, 21.

Domini ad caelum levatae, non auxilium postulabant, sed nos miseros protegebant.

Scuto circumdabit te veritas eius : hoc est, in girum circumdaberis veritate. Et quid sequitur? *Non timebis a timore nocturno*. Iustus non habet
5 nocturnum timorem, sed diei. ' Venite, filii, audite me, timorem Domini docebo vos '. Qui filii sunt prophetarum, timorem non habent nocturnum, neque tenebrarum, sed lucis et diei. ' Ut sagittent in abscondito rectos corde '. Diabolus sagittas suas in die non mittit, ne videatur. Omne enim quod in luce fit, manifestatur a luce.

10 Sed dicat aliquis : Si diabolus non sagittat in die, quomodo ergo sequenti versiculo psalmista dicit, *A sagitta volante per diem*? Quae est ista sagitta, quae per diem volat? Doctrina haereticorum est: quae quasi per diem, hoc est, legem Dei huc illucque volitat, dum adversus nos sollicite inquisita congerunt testimonia, quae interpretationibus suis a
15 veritate depravant. *Et a negotio perambulante in tenebris*. Non dixit, stante, sed perambulante : quia haeretici numquam in sententiis stabiles sunt, sed semper mutantur atque perambulant. *Ab incurso et daemone meridiano*. Legimus in Genesi, quod Ioseph fratres suos in meridie paverit ; et in Canticis canticorum scriptum est : ' Ubi cubas, ubi pascis?
20 In meridie.' Ergo quomodo sancti habent meridiem et lucem ubi pascant et recubent, ita et diabolus transfiguratus in angelum lucis habet ministros suos transfiguratos, velut ministros iustitiae. Ergo quando videris haereticum praedicantem, et dicentem, Haec dicit Moyses, hoc scriptum est in prophetis, hoc in evangelis ; nonne tibi videtur, si perfidiam
25 mentis ignores, quod loquentem audias angelum Salvatoris? Simples autem putant esse quendam daemonem meridianum, qui meridie magis homines possit incurrere. Nos autem haereticorum principes interpreta-
bimur daemones meridianos, qui simulantes angelos lucis, dogmata

1 *levatae*] *laevate* L. *postulabant... protegebant*] *postulabat... protegebat* L. 3 *circumdaberis*] scripsi ; *circumdaueris* L 1 m., tum *circumdabis*, ac demum *a* in *i* mutata.
veritate] *veritatem* L. 8 *mittit.*] *mittit* L. 10 *Sed*] sup. lin. corr. ex *Se* L. 11 *A sagitta*] *m* in fine erasa L. 15 *depravant*] sup. lin. corr. ex *depravat* L. Conf. supra lin. 1 sq.
perambulante] *m* in fine erasa L. 16 *stante... perambulante*] *stantem... perambulantem* L.
21 *recubent*] *m* erasa sup. u L. *transfiguratus*] *us* postea corr. ex *um* L. 26 *putant esse quendam*] Ita omnino corrigendum, ex *putantes sequendum*, quod in L legitur.

6. *vos*] Ps. 33, 12.

8. *corde*] Ps. 10, 3.

9 *a luce*] Cf. Ephes. 5, 13.

17. *semper mutantur*] Cf. supra III²

15, 14 'Cotidie enim haeretici mutant dogmata sua'.

20. *In meridie*] Cant. 1, 6.

21. *lucis*] 2 Cor. 11, 14.

praedicant tenebrarum. Vultis aliquid dicamus eleganter? Arrius sive ceteri qui de Alexandria processerunt haeretici, dicuntur daemones meridiani.

Cadent a latere tuo mille, et decem milia a dextris tuis. A latere et a dextris. Non dixit, a sinistris, quia iustus sinistram non habet, sicut in evangelio scriptum est: 'Qui te percusserit in maxillam dexteram, praebe illi et alteram'. Non dixit, praebe sinistram: si quidem agni stabunt a dextris, et haedi a sinistris. Cadent a latere tuo mille, et decem milia a dextris tuis. A latere iusti, inbecillitates corporales possumus intellegere: in dextera autem, animae integritatem. Corporis laboribus, hoc est, ieiuniis et castitate cadent mille; a dextris autem, ubi per animae libertatem pura sanctaque doctrina est, ibi cadet hostium plurima multitudo. *Ad te autem non appropinquabunt.* Finge hostium cuneos contra virum iustum venire munitos, de quibus dicitur, Ad te autem non appropinquabunt: hoc est, prius corruent, quam ad te usque perveniant. 15

Verumtamen oculis tuis considerabis, et retributionem peccatorum videbis. Videbis cadavera mortuorum, et miraberis maiestatem Domini Salvatoris. Et retributionem peccatorum videbis. Ruina peccatorum, interitus eorum est. Quod dicit hoc est: Tu qui refugium tuum Dominum posuisti, oculis tuis haeticorum retributionem securus inspicias, quoniam 20 te ab eorum traditionibus custodisti.

Haec in persona Domini ad iustum dicta sunt; nunc autem persona mutatur, et ex contemplatione iusti Domino respondetur: *Quoniam tu Domine spes mea.* Qui enim haec dicit, iustus est. *Altissimum posuisti refugium tuum.* Iterum persona mutatur: et ideo psalmi obscuri sunt, 25 quia saepissime personae mutantur. Dum enim iustus Dominum inprecatur, et dicit, Quoniam tu Domine spes mea; audit a Domino, Altissimum posuisti refugium tuum. Et propterea tibi sequens conveniens est versus:

6 *dexteram*] 1 m. sup. lin. corr. *dextram* L. 8 *haedi*] *eai* L. 9 *inbecill.*] *inbeccill.*
L. 11 *castitate*] *ti* suppl. sup. lin. L. 13 *appropinquabunt*] L cum Psalt. Rom.
15 *perveniant*] 1 m. corr. ex *pervenient* L. 17 *maiest.*] *magest.* L. 20 *inspicias*] L,
pro *inspicias*? 22 *sunt*] post. m. corr. ex *sint* L. 23 *Domino*] *Domini* L. 28 *tibi*] L, timeo ut recte.

1. *Arrius... de Alexandria*] Hieron. Contra Rufin. II, 17 'Antequam in Alexandria quasi daemonium meridianum Arius nasceretur'.

7. *alteram*] Matth. 5, 39.

8. *a sinistris*] Matth. 25, 33.

25. *ideo psalmi obscuri sunt* etc.] III² 71, 22 'Prophetae et psalmi ideo obscuri sunt, quoniam subito, cum nescis, persona mutatur'; 130, 31 'Psalmi semper personas mutant, et ideo obscuri sunt' etc.

Non accedent ad te mala, et flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. Non dixit, sonabit, sed, non appropinquabit tabernaculo tuo: non enim fieri potest, ut flagellum diaboli iusto non sonet. Si enim ipse Dominus flagellatus est, et tribulationibus temptationibusque vexatus
5 est; quis iustorum non flagellabitur? Sed videamus quid est hoc, Non appropinquabit tabernaculo tuo. Hoc est: sonavit quidem extrinsecus, et carnalibus passionibus perturbare temptavit; sed animae tabernaculum, sive sensum, quod est tabernaculum fidei, non subvertit.

Quoniam angelis suis mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis
10 *tuis. In manibus portabunt te, ne unquam offendas ad lapidem pedem tuum.*
Si quando aliqua adversus nos de scripturis interpretantur haeretici, non debemus turbari: quia et hoc testimonium usus est diabolus contra Dominum Salvatorem dicens 'Si Filius Dei es, mitte te deorsum; scriptum est enim, quoniam angelis suis mandavit de te' et reliqua. Diabolus
15 sic interpretatur scripturas quasi diabolus: hunc enim psalmum ad personam Domini applicabat, qui non de Domino, sed de iusto quolibet viro dicitur. Sed concedo tibi, diabole, ut de Domino sit ipso scriptum, quia in manibus angeli portabunt te: quare quod sequitur non dixisti, *Super aspidem et basiliscum ambulabis?* O astutia versipellis inimici!
20 Quod ad fragilitatem Salvatoris et ad temptationem hominis videbatur pertinere locutus est; quod autem contra se intellegebat, calliditate antiqua reticuit. Erras diabole, et fallacia tua temetipsum circumvenis. In hoc loco mendacium tuum ecclesiae prodest: quamvis hoc ad temptandum feceris, ostendisti quod filii Dei, iusti quique, angelorum mani-
25 bus, hoc est adiutorio, praecipiente Domino et iubente portentur.

Cetera quae sequuntur, ad eandem pertinent expositionem. Quod autem iustis et Deo caris potestas sit, super antiquum et tortuosum calcare serpentem, et omnem exercitum eius pedum calcaneo premere, in evangelio evidentissime invenimus. Sic enim Dominus ad apostolos
30 ait: 'Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes et scorpiones'.

2 *sonabit]* *sonavit* L. 3 *iusto]* *iustum* L. 10 *tuum]* corr. ex *tuo* I m. 12 *testimonium]* L, fortasse pro *testimonio*. Cf. tamen supra, p. 50, l. 1 et 4. 14 *est]* add. sup. lin. 15 *psalmum]* corr. ex *psalmus* 2 m. 17 *ipso]* 0 2 m. in rasura. 27 *potestas]* cod. *potestatis*. *antiquum]* *antiquum* L.

2. *Non dixit, sonabit]* Eadem significatione verbo *sonare* utitur aliquando Hieronymus. v. gr. Comment. in Naum III, 1 sqq. 'Flagellum in eis Assyrii regis sonat... de quo ad iustum dicitur *Et flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo*'.

11. *Si quando aliqua* etc.] Hieron.

Contra Lucif. n. 28 'Nec sibi blandiantur (haeretici) si de scripturarum capitulis videntur sibi adfirmare quod dicunt, cum et diabolus de scripturis aliqua sit locutus.'

14. *de te]* Matth. 4, 6.

30. *scorpiones]* Luc. 10, 19.

Quam potestatem et nobis datam intellegere poterimus, quando nos apostolica conversatione adversus eos sciamus adcinctos. Rogemus ergo Dominum, ut qui potestatem dedit iustis, det nobis adhuc parvulis iustitiae adiutorium : ut imitatores simus apostolorum, et eorum meritis adiuvemur, in Christo Iesu Domino nostro. Cui est gloria in saecula 5 saeculorum. Amen.

DE PSALMO XCI.

Bonum est confiteri Domino, et psallere nomini tuo Altissime. Quare primum non dixit, Bonum est psallere, et postea confiteri? Sed quia hic ordo erat verae confessionis, ideo sic dixit : bonum est primum agere 10 paenitentiam, et peccata sua hominem Domino confiteri ; et cum peccata confessus sit, tunc ei psallere, cum paenitendo meruerit libera voce qua possit in Dei laude sine peccati confessione prorumpere.

Ad annuntiandum mane misericordiam tuam, et veritatem tuam per noctem. Quare misericordia mane, et veritas in nocte cantatur? Adtendite dili- 15 genter, quia obscura sunt quae dicuntur. Primum dixit, Bonum est confiteri Domino : deinde confessionem sequitur laudatio : et sic ille qui post paenitentiam laudare meretur, incipiet etiam annuntiare quem laudat. Sed quid est quod dixit, mane misericordiam annuntiari, et veritatem in nocte cantari? Ubicumque misericordia Domini est, ibi lux est, ibi mane, 20 ibi hora est qua sol oritur et tenebrae caecae noctis peribunt. Et veritatem tuam per noctem. Ubi veritas, ibi iustitia : ubi iustitia, ibi iudicium : [ubi iudicium,] ibi misericordia non est : ubi misericordia non est, ibi periculum peccatorum est, ibi nox et non dies, sicut propheta dicit ' Quo vobis diem Domini ? Et hic est tenebrae, et non lux ' : in qua die iuxta 25 meritum uniuscuiusque examinatio celebranda est. Unde et in alio versiculo etiam sibi metuendum diem propheta... ' ...sustinebit ? '

7 DE PSALMO XCI] XCI solummodo L, ex quo hicce Tractatus nunc primum editur in lucem. 12 meruerit] ex meruit statim emendat. L. libera voce qua] Ita codex, nec quicquam immutare praesumpsi. 21 hora] ora L. 23 ubi iudicium] ex coniectura supplevi. 25 hic] L, pro haec? est tenebrae] in marg. postea corr. sunt tenebrae L; καὶ ἡμέρα, ἐστὶ τὸ σκότος LXX Amos 5, 18, quod Hieronymus Comment. in Ioel 2, 11 similiter interpretatur Et hic est tenebrae. iuxta] iusta L. 27 propheta... sustinebit] Aliquid hic certo desideratur ; rimam autem ita facile expleri posse existimo : ' propheta ostendit dicens, Magnus dies Domini et terribilis valde, et quis eum sustinebit ? ' Cf. adnotat. infra.

25. non lux] Amos 5, 18.

27. sustinebit?] Mancum testimonium ad Ioel 2, 11 pertinere apparet ex Commentario Hieronymi, Migne 25, 1009 B et 1013 C : ' Magnus enim dies Domini et terribilis valde, et quis sus-

tinebit eum ? Magnus est dies Domini atque terribilis, de quo alibi scriptum est *Ut quid desideratis diem Domini ? Et hic est tenebrae, et non lux* ; rarusque aut nullus eum poterit sustinere, quin in se praebeat materiam saeviendi.'

In decachordo psalterio [cum cantico] in cithara. Quia delectasti me Domine in factura tua, et in operibus manuum tuarum exultabo. Hoc non potest dicere nisi vir eruditus, qui scit providentia Dei unumquodque esse creatum; qui non scandalizatur a creaturae opera, sed intellegens singularum rerum rationem, glorificat creatorem et dicit, Quia delectasti me Domine in factura tua, et in operibus manuum tuarum exultabo. Audi Manichaeae, audi Marcion, Valentine, et ceteri haeretici, qui creatori aude-
 5 tis detrahere, et videte quod, in quo vos scandalum patiemini, propheta delectatur, et exultat in operibus creatoris; sciens quod si quid videatur
 10 esse vitiosum, non ex natura, sed ex voluntate venisse.

Quam magnificata sunt opera tua Domine: nimis profundae factae sunt cogitationes tuae. Unde et apostolus dicit: 'O profundum divitiarum sapientiae et scientiae Dei!' Propterea ergo, quia nimis profundae factae sunt cogitationes tuae, et opera eius quae nec sensus nec ratio hu-
 15 mana adsequi potest, in alio loco dicitur: 'Omnia opera tua in fide.' Vide quid dicat, Opera tua in fide. Si creatura in fide et non in ratione consistit, quanto magis creator ipse et conditor omnium? Quando ergo dicitur, Et omnia opera tua in fide, et ego ipse qui loquor in fide sum: si quidem pars operum eius sum. Et ego in fide et non in ratione consisto:
 20 non enim possum scire rationem quomodo gressus moveam, quomodo lingua sonet, quomodo cogitatio disponat, voluntas imperet, et corpus serviat voluntati, quomodo anima quae immortalis est iungatur huic corpori quod mortale est, quomodo anima mea huc illucque discurrat, et rem quae corpore comprehenditur mundi illa latitudo non capiat.

25 Hoc totum quare dico? Quia audivi inter fratres contentionem, immo disputationem fuisse fidem. Disputationem dico, non contentionem: ubi enim contentio est, ibi peccatum: ubi autem disputatio, ibi pium est scientiae desiderium. Non enim quaerebat unusquisque probare quae

1 *decachordo]* decacorda L. *cum cantico]* om. L. *in]* corr. ex cum L. 3 *dicere]* poster. m. corr. ex dici. 4 *opera]* mutat. postea in *operibus.* 8 *patiemini]* paciemini L. Litteram *e*, licet superfluum, hic servandam duxi, cum eiusmodi vitiosae dictionis alia passim adferantur exempla. 9 sq. *sciens quod... venisse]* Alterum huiusce constructionis specimen habes supra 67, 16 sqq. 10 *sed ex]* ms. *sex ex.* 12 *cogitationes]* es ex is corr. L. 14 *quae]* codex, fortasse ex abundantia. 21 *sonet]* sonat L. 23 *mortale]* e ex is postea corr. 24 *rem]* res ms. 26 *fidem]* i m. corr. ex finem L. 26 sq. *content.]* contemft. L. 28 *enim]* i ex e i m. corr.

13. *Dei]* Rom. 11, 33.

15. *in fide]* Ps. 32, 4.

28. *scientiae desiderium]* Consonat Evodius Uzalensis in Epistula ad Valentinum quam nuper edidimus (Rev.

Bénédict. XVIII, p. 254, l. 11): 'Laudamus quidem studium vestrum, sed nolumus esse contentiosum; contentio enim perturbationem excitat, studium pietatem requirit'.

nesciebat, sed ignorantiam suam meae scientiae retulerunt: non enim voluerunt docere quod nesciebant, sed scire quod ignorabant. Ergo illorum quaestio non est aliena, quae de misericordia Domini agitata est. Dicitur in Esaia de Domino Salvatore: 'Generationem eius quis enarrabit?' Quando dicitur, Quis? omnis excluditur creatura. Non enim dixit, 5 Generationem eius quis hominum enarrabit? sed generaliter, Quis? hoc est, non angelus, non archangelus, non cherubin, non seraphin. Si enim hoc quod dicitur caelestibus creaturis in Deo fuit absconditum, quid mirum si nobis de limo factis videtur ignotum? Relatum est mihi, fratres, quia inter se quidam fratres disputando quaesissent, quomodo Pater et 10 Filius et Spiritus sanctus et tres sunt et unum sunt. Videtis ex quaestione, quam periculosa sit disputatio: lutum et vas fictile de creatore disputat, et ad rationem suae naturae non potest pervenire; et curiose quaerit scire de mysterio Trinitatis, quod angeli in caelo scire non possunt. Quid enim dicunt angeli? 'Quis est iste rex gloriae? Dominus virtutum, 15 ipse est rex gloriae'. Similiter in Esaia dicitur: 'Quis est iste qui ascendit de Edom, candida vestimenta eius?' Vide quid dicunt: pulchritudinem praedicant, et de natura tacent. Ergo et nos simpliciter dicamus. Vis scire naturam Dei? vis scire quid sit Deus? Hoc scito, quod nescias. Nec in hoc contristeris, quia nescias: quia et angeli 20 nescierunt, et omnis similiter creatura. Sed dicat aliquis: Quid ergo credo quod nescio? Quomodo Christianus sum, qui nescio quomodo sim Christianus? Dicam simpliciter, antequam aliqua de scripturis proferamus. O Christiane, quid tibi videris nihil scire? Si scias hoc ipsum, quod nescias, nonne magis tibi plus videris scire? Gentilis homo videt lapidem, 25 et deum putat: philosophi vident caelum, et deum putant: alii vident solem, et deum putant. Tu vero vide quantam super istos habeas scientiam, qui dicis: Lapis deus esse non potest, sol esse deus non potest, qui alterius imperio currit. Vide quod in eo quod te dicis nihil scire,

1 nesciebat] *necebat* L, postea corr. *dicebat*. 7 enim] *pro ergo?* 8 in Deo] codex, *pro in Domino*, ut reor, aut etiam *a Deo*. 9 Relatum est etc] Ex hac ultima parte Tractatus consarcinatus est sermo inter Augustino suppositos 232 (=2). 15 angeli] *in caelo* repetit 2. 21 omnis... creatura] *omnes... creaturae* 2. Quid] L; *quomodo* 2. 22 sim] *sum* initio lineae add. et delet. in L. 24 quid] *qui* 2. 25 tibi] *om.* 2. *videris]* *a ceteris* inser. 2. 29 qui] *quia* 2. *Vide quod]* L; *vides quia* 2.

2. *docere quod nesciebant]* Hieron. Contra Ruffin. II, 10: 'cuius temeritatis sit, docere quod nescias'.

4. *enarrabit?]* Is. 53, 8.

16. *gloriae]* Ps. 23, 10.

17. *eius]* Is. 63, 1. Utrumque locum

similiter ad angelos refert Hieronymus, Comment. in Is. 63, et in Abd. vers. 1.

19. *Hoc scito, quod nescias]* 'Pars enim scientiae est, scire quod nescias'. Comment. in Ezech. 42, 1 sqq. Cf. etiam infra, De Visione Seraphin in Esaia.

magis nosti : gentiles autem in eo quod se dicunt scire, nesciunt, quia falsa sunt quae noverunt. Simulque considera quid vocaris : fidelis utique, non rationalis. Denique accepto baptismo hoc dicimus : Fidelis factus est, sive factus sum. Credo quod nescio : et propterea scio, quia me scio
 5 nescire quod nescio. Sed dicat aliquis : Hoc non est exponere, sed fugere expositionem ; et nos sciebamus scire quod nesciebamus, tu nos doce scire quod ignoramus. Nonne melius est pie ignorantiam profiteri, quam temere sibi scientiam vindicare ? In die iudicii non damnor quia dicam, Nescivi naturam creatoris mei, si autem aliquid temere dixerō :
 10 temeritas poenam habet, ignorantia veniam promeretur. Dicamus aliquid de scripturis, non rationem sequentes, sed auctoritatem Domini Salvatoris. Quid enim dicit, ascensurus ad caelum ad apostolos loquens, quibus praedicat ut magister et Dominus ? Nemo sic novit de natura sua dicere, quomodo ipse qui Deus est : nobis sufficiat scire de Trinitate,
 15 quod Dominus exponere dignatus est. Quid enim dicit ad apostolos ? ‘ Ite, baptizate omnes gentes in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti ’. Tria nomina audio, et unum dicitur : non enim dixit, in nominibus, sed in nomine. Tria nomina dicit : et quomodo unum dicit, In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti ? Nomen Patris et Filii et Spiritus sancti unum
 20 est : sed Trinitatis est nomen. Quod dicitur, in nomine Patris Dei, in nomine Filii Dei, in nomine Spiritus sancti Dei : Pater et Filius et Spiritus sanctus unum nomen est divinitatis. Sed requiris a me quomodo uno nomine tres appellantur ? Nescio, et libere me nescire profiteor, quod Christus noluit indicare. Hoc solum scio, quia in hoc sum Christianus,
 25 quia unum Deum in Trinitate confiteor. Si autem dixerō unam personam esse Patris et Filii et Spiritus sancti, Sabellianus appellabor, et incipio non esse Christianus sed Iudaeus : quia et Iudaeus dicit unum

5 *est*] *α* ; om. L. 15 *enim*] L ; *ergo α*. 17 *dicitur*] *α* add. *nomen*. 18 *unum dicit*] *unum ponit α*.
 20 *Trinitatis est nomen. Quod dicitur*] L ; *Trinitas est nomen quod dicitur α*. 26 *Sabellianus*] *α* ; *Sabellius* L. 27 *incipio*] *α* ; *scio* L.

2. *fidelis u. non rationalis*] III² 154, 23 ‘ Fideles dicimur, non rationales ’.

3. *accepto baptismo*] Ita quidem Romae et alibi ; ceterum Hierosolymis, Mediolani, Remesianae fideles iam dicebantur, qui inter Competentes nomen dederant, baptismi sacramento mox expiandi. Confer S. Cyrilli Pro-catech. P. Gr. 33, 343, not. 1 ; S. Nicetae Fragm. 2, P. l. 52, 873 ; S. Ambros. De Sacram. I, 1.

5. *Hoc non est exponere, sed fugere*

expositionem] Hieron. Contra Ruffin. II, 10 : ‘ Hoc est suspiciones hominum non sopire, sed serere ’.

16. *sancti*] Matth. 28, 19.

17. *sed in nomine*] Comment. in Ephes. 4, 5 sq. ‘ Et non baptizamur in nominibus Patris et Filii et Spiritus sancti, sed in uno nomine ’.

20. *Trinitatis est nomen*] Hieron. Comment. in Matth. 28, 19 ‘ Nomenque Trinitatis unus Deus est ’.

Deum, sed quia Patrem nescit et Filium et Spiritum sanctum, propterea mysterium non tenet Trinitatis. Ergo si sic dicimus unum Deum, ut Patrem et Filium et Spiritum sanctum excludamus a mysterio Trinitatis, Iudaei efficiuntur. Ego libere dico, non ex me, sed ex sententia Salvatoris, scandalum quod in animo nascitur auditoris: Quomodo tres unum sint? Quomodo Pater et Filius et Spiritus sanctus non dividantur in divinitate? Quandocumque personas appello, rogo vos, ne me putetis personas hominum dicere: ego personas in Patre et Filio et Spiritu sancto non dico quasi personas hominum, sed iuxta proprietates idioticas. Patris personam dico, quia Pater est, et Filii, quia Filius est, et Spiritus sancti, quia Spiritus sanctus est. Non est Pater Filius, nec Filius Pater, nec Spiritus sanctus Pater aut Filius: dividuntur enim proprietatibus, sed natura sociantur. Videte, hoc ipsum scandalum Philippus quondam apostolus sustinebat, quando dixit ad Dominum 'Domine, ostende nobis Patrem, et sufficit nobis'. Cui respondens Dominus ait: 'Philippe, tanto tempore vobiscum sum, et ignoras Patrem? Qui videt me, videt et Patrem'. Quod ipse Pater est, ipse Filius, hoc impium est dicere. In eo quod Filium vides, intellege Patrem: non enim potest appellari Filius, nisi Patrem habuerit. Quando dicitur Pater, non dicitur nisi habuerit Filium.

Multa sunt quae dicantur: sed sufficiat fidelibus pauca de mysterio Trinitatis audisse. Rogo vos, in monasterio magis certamen inter nos sit, quomodo adversarium triumphare quaeramus, quomodo ieiunemus, quomodo peccata nostra plangamus, quomodo cogitatio nostra non nos captivos in libidinem trahat, quomodo patientiam contra omnem iniuriam habeamus, quomodo fratri iniuriam facienti non resistamus, sed vincamus eum in humilitate, quam a Christo didicimus 'qui cum patretur non comminabatur'. Si quando venerit cogitatio, et apposuerit, Quid est Deus? et quae est ratio Trinitatis? nobis sufficiat credere quia est. Et non temere rationem quaerere, sed timere, et orare Dominum semper debemus; et ei solam scientiam nostram in hac parte exhibeamus, ut diebus ac noctibus ei laudes canamus. Cui sit gloria et imperium in saecula seeculorum. Amen.

4 *Ergo* 2; *Ergo ego* L. 5 *scandalum*] 2 add. *esse. in animo*] 2; *in animum* L. 9 *sed i. p. idioticas*] L; om. 2. 14 *ad*] 2 inser. *ipsum*. 15 *et s. nobis*] om. 2. 17 *Quod*] L; *Quid?* 2. 18 *dicere*] 2 inser. *sed hoc dicit*. 22 *in monasterio*] om. 2. 28 *apposuerit*] L; *proposuerit* 2.

15. *nobis*] Io. 14, 8.

17. *et Patrem*] Ibid. 9.

21. *Multa sunt quae dicantur, sed sufficiat f. pauca etc.*] Idem Hieronymus cum alibi tum infra, in fine Tractatus

de Ps. XCII: 'Multa sunt quae dicantur, sed... pauca de laudibus Domini dixisse sufficiat'.

28. *comminabatur*] 1 Petr. 2, 23.

DE PSALMO XCII.

Titulus praesentis psalmi hic est : *Laus cantici David in die sabbati quando inhabitata est terra*. In die sabbati requies nostra est, et inhabitatio terrae nostrae est. 'Et Verbum caro factum est, et habitavit in nobis'. Inhabitata est ergo terra nostra. Videamus itaque quid faciat ista habitatio, et quibus laudibus efferatur.

Dominus regnavit, decorem indutus est : indutus est Dominus fortitudinem et praecinxit se. Etenim firmavit orbem terrae, qui non commovebitur. Tres isti versiculi dicuntur a propheta de Domino Salvatore ; reliqui vero qui sequuntur ad ipsum Dominum diriguntur. Dominus regnavit, decorem indutus est. Dominus regnavit, qui ante servierat. Decore indutus est. Quid dicit Esaias : 'Vidimus eum, et non habebat speciem suam : homo in plaga positus, sciens ferre infirmitatem' ? Dominus regnavit, decorem indutus est. Quod dicit hoc est : Qui ante in vilitate carnis horruerat, nunc in deitatis maiestate resplendet. Quicquid enim in illo deforme est, nostrae reputetur condicioni : quicquid autem pulchritudinis, suae maiestati congrue applicabitur. Et praecinxit se. Hoc quod dicit, praecinxit se, debet aliquod significare mysterium. Quando praecincti non sumus, tunica nostra usque ad pedes dimittitur : nisi cingulo fuerit contracta, vestis tota dependet. Sic ergo et nos quia totam Domini fortitudinem ferre non poteramus, maiestatem suam carne praecinxit. Hoc est quod in alio loco dicitur : 'Faciem meam videre non poteris, posteriora mea videbis'. Dicitur et de Helia in Regum volumine, quod steterit in monte Sina in foramine, et sic viderit Dominum praetereuntem. Videte quo-

1 DE PSALMO XCII] Ex quattuor codd. LMOV. 3 inhabitatio] L, cf. Goelzer, p. 72 ; habitatio MOV. 6 efferatur] corr. ex offeramus O ; offeratur V. 7 decorem] hic OV, infra vero decore constanter. 8 se] 1^a m. suppl. sup. lin. L, et in textu add. virtutem. 9 Domino] MOV ; om. L. 10 sequuntur] LM ; dicuntur OV. Dominum] om. M. 12-14 Quid dicit... indutus est] om. L ob repetita verba Q. dicit. 12 Quid] quod OV. 14 ante] L ; antea MOV. 15 deit. maiest.] maiest. deit. M. resplendet] V, itemque MO 2 m ; resplendens L, MO 1 m. enim] LM ; om. OV. 16 reputetur] LM ; reputatur OV. pulchritudinis] MOV ; pulchrius L. suae maiestati] corr. ex siue maiestatis O. 18 aliquod] corr. ex aliqui O. 19 nisi cingulo] corr. in marg. ex ne singulos O. 20 dependet] LM ; pendet OV. Sic] Si M. ergo] c m. L. Domini] LM ; deum OV. 21 carne praecinxit] carnem praecinxit se L. 22 mea] L ; vero MOV. 23 steterit] corr. ex steterunt O. 24 Dominum] LM ; Deum OV.

4. in nobis] Io. 1. 14.

13 infirmitatem] Is. 53, 2 sq.

21. ferre non poteramus] Commentariol. 53, 17 'Adcinctus Dei contrahit vestimentum : non enim possumus

expansa eum fortitudinis suae veste cognoscere'.

23. videbis] Exod. 33, 23.

24. praetereuntem] 3 Reg. 19, 11 sq.

modo in foramine positus vidisse dicitur posteriora Domini Salvatoris. Si petra interpretatus est Dominus atque Salvator... 'Christus autem, ait apostolus, erat petra'. Quando enim in foramine petrae ponimur, per carnem aspiciamus Deum. Hoc totum quare dixi? Quia et sequentem versiculum eadem expositione complectimur: indutus est pulchritudinem, et praecinxit se. Quomodo per foramen petrae videtur Dominus atque Salvator, ita et per cingulum maiestas eius conspicitur.

Etenim firmavit orbem terrae qui non commovebitur. Si hunc mundum intellegimus ita a Deo esse firmatum, ut nulla umquam commotione turbetur, quomodo alibi dicitur 'Caelum et terra transibunt'? Quod si caelum et terra transibunt, quomodo hic dicitur, Firmavit orbem terrae qui non commovebitur? *Οἰκουμένη*, in isto loco, quod in lingua nostra habitata interpretatur, mihi ecclesia esse videtur, de qua dicitur in evangelio: 'Ego et Pater meus veniemus, et mansionem apud eum faciemus'. Recte ergo dicitur habitatio, quae habet habitatorem Patrem et Filium et Spiritum sanctum. Quod ergo de habitata, hoc est, de orbe terrarum in aeternum firmato intelleximus, intellegamus et de anima nostra. Si enim habemus habitatorem Patrem et Filium et Spiritum sanctum, terra nostra in aeternum non commovebitur.

Dictum est de regno Domini et de decore vestimenti eius, dictum est de fortitudine, dictum de orbe qui non commovebitur: nunc prophetae ad ipsum Dominum regnantem et tonantem sermo dirigitur. Et quid dicit? *Parata sedes tua, ex tunc a saeculo tu es.* Hoc quod dixit, Indutus est fortitudinem et praecinxit se, de carnis vilitate descendit: ceterum regnum tuum semper fuit. Parata sedes tua: parata semper, numquam incipiens. Ex tunc. Ex quando? ex quo tempore? Non habet definitionem,

3 ponimur] ponitur L, in quo *m* et *t* confundi non semel animadverti. 4 sequentem] insequentem M. 5 pulchritudinem] Ita quattuor codd. 6 per foramen] V om. per. 7 maiestas] corr. ex maiestatis O. eius] om. M. 9 a Deo] L om. a. nulla] illa L. 10 sq. Quod si...transibunt] om. M ob repet. transibunt. 11 hic] LM; nunc OV. 12 Οἰκουμένη] scripsi; ΔΙΚΟΗΜΗΝΗΝ cod. L; ΕΚΟΥΜΕΝΕΝ Marc. et Vatic. in isto] LM; OV om. in. 14 meus] LM; om. OV. mansionem] mansione OV. 15 habitatio] L fortasse pro habitata; inhabitatio MOV. 17 firmato] firmata L. 20 Domini] Dei L. de decore] LM; OV om. de. dictum est] M om. est. 21 dictum] LM; OV add. est. prophetae] propheta L. 23 dicit] dicitur M. tua] LOV add. Deus ex Rom. Psalt; quam vocem neque M, neque graecus, neque hebr. agnoscunt. ex tunc a saeculo] Ita coniung. L: cf. pag. seq. lin. 4. quod] LM; om. OV. 24 vilitate] utilitate M, O in textu. 26 Ex quando] L; et quando M, et postea deleta O; quando V. ex quo] LM; et quo OV. definitionem] diffin. OV.

3. petra] 1 Cor. 10, 4.

10. transibunt] Matth. 24. 35.

14. faciemus] Io. 14, 23.

16. et Spiritum sanctum] Tract. de

Ps. XCV. 138, 23 'Οἰκουμένην in qua ipse habitat; oecumene enim melius graece dicitur quam latine... in qua habitet Pater et Filius et Spiritus sanctus'.

quia nec principium habet. Quotiescumque dixeris, ex tunc, numquam deficit tempus, sed sub incerto relinquis. Quia cum dixeris, tunc, convenit ut interrogaris : Quando ? Vides ergo quod sermo propheticus sine definitione positus est, quem cernis habere interrogationem. Ex tunc a
5 saeculo tu es. Pulchre dixit, tu es ; non dixit, a saeculo tu coepisti, sed, a saeculo tu es. Tu es qui semper es, qui dixisti ad Moysen : ' Vade, et dic filiis Israël : Qui est, misit me ad vos '.

Elevaverunt flumina Domine, elevaverunt voces suas, a vocibus aquarum multarum, mirabiles elationes maris. Quot verba, tot sensus : quot versiculi, tot sacramenta. Elevaverunt flumina voces suas. Hoc est quod in
10 alio loco dicitur : ' Fluminis impetus laetificat civitatem Dei '. Et in alio loco : ' Flumina plaudent manibus in idipsum '. Flumina mihi videntur esse quae irrigant universum orbem, apostolicae et propheticae dignitates. Elevaverunt flumina voces suas. Laudem et gloriam Domini praedican-
15 cantes, per totum orbem eius iudicia annuntiantes. ' In omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terrae verba eorum '. A vocibus aquarum multarum. Voces aquarum multarum tria nobis mysteria praestiterunt. Videamus quae sunt ipsa mysteria. *A vocibus aquarum multarum, mirabiles elationes maris, mirabilis in excelsis Dominus : testimonia*
20 *tua credibilia facta sunt nimis.* Si mare mystice intellegimus hoc saeculum... amarum est enim et tempestatibus plenum, in quo navigantes considerant multa Domini mirabilia. Propter quod dicit : Mirabiles elationes maris. Multos enim videmus undis tumentibus elevatos subito corruisse : alios vero videmus fluctibus oppressos rursus ad altiora sus-
25 tolli. Nihil enim in hoc saeculo firmum, nihil stabile invenitur. Ubi tranquillitatem putaveris, ibi naufragium est : ubi quietis facies ostenditur,

1 dixeris] LM ; dixerit OV. 2 deficit] postea mutat. in *definis* M. relinquis] scripsi ex coniectura ; relinquit V, O marg ; relinquens LM, O in textu. Conf. supra 77, 15 *resplendens* pro *resplendet*. 3 ut] suppl. sup. lin. O. interrogaris] interroges V. Vides] Videris L. 4 positus est] LM ; est pos. OV. 5 Pulchre dixit... sed a saeculo tu es] L ; om. MOV. 6 qui semper es] MOV ; om. L. 8 suas] L inser. *Elevabunt flumina voces suas*, fortasse pro *fluctus suos*, ut in Cod. Alexandrino αρουσιν οι ποταμοι επιτριψις αυτων. 10. 14 voces suas] L constanter, iuxta gr. φωνας αυτων ; *vocem suam* MOV. 10 est] om. M. 12 in idipsum] L et Psalt. Rom. iuxta gr. επι το αυτο ; simul MOV. videntur] videtur V. 13 dignitates] Cf. Goelzer, p. 395 ; dignitatis OV. 15 per] et per M. annuntiantes] nunciantes M. 16 exivit] LM ; exiit OV. 19 in excelsis] OV, L in marg. I m. corr. ex *in altis* ; *in altis* item M. Cf. pag. seq., lin. 4. 20 Si mare] omnes codd., vereor ut recte. intellegimus] L ; intellegitur MOV. 24 oppressos] corr. ex *oppressos* V. 26 quietis] *quitis* V.

7. ad vos] Exod. 3, 14.
11. Dei] Ps. 45, 5.

12. in idipsum] Ps. 97, 8.
16. eorum] Ps. 18, 5.

ibi tempestatis impetus et turbines latent: et nisi clamaverimus 'Magister salva nos', repente perimus. *Mirabilis in excelsis Dominus*. Quicumque maris istius saeculi fluctus stabili super petram habitatione firmiter sustinere potuerit, hic intellegere poterit quam mirabilis in excelsis Dominus. 'Excelsus enim in excelsis habitat, et sanctus in sanctis'; sicut et alibi 5 dicit: 'Sancti estote, sicut et ego sanctus sum Dominus Deus vester'. Quem autem humiliat conscientia peccatorum, et ad caelum cum Iesu oculos non potest elevare, apud hunc Dominus non est admirabilis in excelsis, sed terribilis in subditis.

Testimonia tua credibilia facta sunt nimis. Hoc est quod in septimo 10 decimo psalmo dicitur: 'Testimonium Domini fidele, sapientiam praestans parvulis'. Quibus parvulis? 'Pater, gratias ago tibi, quia abscondisti haec a sapientibus et prudentibus saeculi, et relevasti ea parvulis'. *Domum tuam decet sanctitudo, Domine*. Vide quid dicat. Quicumque sibi videtur in domo habitare, si sanctitudinem non habet, alienus a domo est, quia 15 domus ornamenta non habeat. Domum tuam decet sanctitudo, Domine. Si secundum apostolum templum et domus Dei nos sumus, ergo sanctitudo nostrae conversationis ornamentum et decor debet esse ecclesiae; si autem peccata et vitia in nobis deprehendantur, dedecus et foeditas domus Domini, non pulchritudo, sumus. Domum tuam decet sanctitudo, 20 Domine. Domus Domini ecclesia est. Ecclesia vero secundum mysticos intellectus iam in diluvio per arcam figurata est, in qua munda magis animalia Domino iubente multiplicata sunt. Et quamvis propter immunda et munda diversae habitaverint ferae, tamen domum Domini munda

1 turbines] turbinis OV, item M corr. ex turbidinis. clamaverimus] LM; clamaveris OV. 2 perimus] L; peribimus MOV. 3 saeculi] L; om. MOV. fluctus] M corr. ex fluctibus; fluctibus retinere LOV. Cf. construct. gr. τὴν ὑψίστην, τὴν ἀντίστοιχὴν. stabili] M; stabilis LOV perperam geminata, ut reor, s quae sequitur. habitatione] LM; habitationem OV. 4 hic intellegere poterit] Haec verba desunt in L ob rationem saepe dictam. in exc. Dom.] L; Dom. in exc. MOV. 5 enim] MOV; om. L. 6 estote] stote V, O in textu, ex quo hispanicae originis praeberi videtur indicium. 8 apud hunc Dominus] LM optime; apud Dominum OV. admirabilis] LOV; mirabilis M. 14 Domine] om. M, et add. in longitudinem dierum. Vide] LM; Videte OV. videtur] LM; viderit OV. 15 habet] L; habeat MOV. quia] scripsi; qui L, item M corr; quae OV, M 1 m. 17 Si secundum] L; MOV om. Si. 19 foeditas] fed. L. 20 decet s. Domine] Dom. d. sanct. M. 22 magis] om. L. 24 munda] OV; mundam LM.

2. salva nos] Matth. 8, 25.

5. in sanctis] Ex Isaia 57, 15 iuxta LXX: ὁ ὑψίστος ἐν ὑψιπέδοις κατοικῶν τῶν ἀδύτων, ἄγιος ἐν ἀγίοις; quae verba in Clementis Romani epistolam c. 59 in-

deque in nonnullas liturgias transierunt.

6. vester] Levit. 11, 44.

12. parvulis] Ps. 18, 8, etsi in textu psalmus septimus decimus allegatur.

13. ea parvulis] Matth. 11, 25.

decebant, quae iam impari numero virginitatis sacrificia figurabant : ex quibus Noe de periculis diluvii liberatus dignum ex mundis Domino animalibus obtulit holocaustum. Multa sunt quae dicantur, sed hora excludimur, et pauca de laudibus Domini dixisse sufficiat. Cui est gloria
5 in saecula saeculorum. Amen.

DE PSALMO XCIII.

Deus ultionum Dominus, Deus ultionum libere egit. Sive Patrem, sive Filium, sive Spiritum sanctum dixeris, iuxta rationem Trinitatis quam in evangelio exposuimus, et Deus et Dominus est. Deus ultionum libere
10 egit : qui in humilitate contemptus est, in maiestate postea vindicaturus est.

Exaltare, qui iudicas terram. Terram iudicas, quia caelum iudicari non meretur. Audi, haeretice, quomodo Dominus terram iudicat. Si in caelo ruina est, quur non et in caelo iudicium est? Si animae
15 in caelo peccaverunt, quur terra sola iudicatur? *Redde retributionem superbis.* Omnia quidem sunt cavenda peccata, quia omnia contraria Deo sunt ; sed et varie : superba inimica sunt Deo. ' Dominus enim superbis resistit, humilibus autem dat gratiam '. Superborum est diabolus princeps. ' Ne in superbia, inquit, elatus in iudicio incidat diaboli '.
20 Omnis enim qui exaltat cor suum, diaboli particeps est, qui dicebat :

1 *decebant*] OV ; *decebat* LM. *quae iam impari*] LOV ; *quaedam in impari* M. *figu-*
rabant] *figurabat* L. 2 *Noe*] *et Noe* M. 3 *hora*] *horam* OV. 4 *laudibus*] in marg.
corr. ex *laude* O. 6 *DE PSALMO XCIII*] Ex uno codice Laurentio nunc primum vulgatur,
conferendus cum priori tractatu III², 127 sqq. 8 *iuxta*] *iusta* cod. 12 *Terram*
iudicas] *iudicas* ex *iudicans* corr. 13 *quomodo*] facile pro *quoniam*, compendio scripturae
quo male lecto. 17 *sed et varie superba inimica sunt Deo*] L, fortasse pro *sed proprie super-*
bia inimica est Deo. 19 *inquit*] *inquit* ms. *in superbia... in iudicio*] cod. pro *accusat.*
incidat] *incidas* L. 20 *particeps*] scripsi ; *princeps* L corrupte.

1. *impari numero*] Hieron. in Agg. I, 1 ' et inparem numerum solumque sequeretur, quem mundum esse gentilis quoque poeta novit dicens *Numero deus impare gaudet.* ' Pressius vero ad rem in epist. 123, n. 12 : ' Quod si de mundis septena ponuntur, id est imparia, et in hoc virginitatis ac pudicitiae palma monstratur. Egressus enim de arca Noe Deo victimas immolavit, non utique de pari, sed de impari numero '.

13. *Si in caelo ruina est, quur etc.*] Cf. supra III² 394, 25 ' Si cotidie in caelo ruinae sunt, quomodo in caelo gloria est? '

15. *terra sola iudicatur*] Ibid. 79, 7 ' Non dixit, Iudica caelum, sed terram. Ergo terra iudicatur, non caelum. Si ergo terra iudicatur, et non caelum, ergo in caelo peccata non fiunt '.

18. *gratiam*] Iac. 4, 6.

19. *diaboli*] I Tim. 3, 6.

' In fortitudine faciam, et sapientia intelligentiae auferam fines gentium ' et reliqua quae longuum est enumerare, in quibus diaboli superbiam propheta describit. Misericordiam Domini cetera vitia promerentur, quia humilitate subdita sunt Deo : superbia sola, quae supra vires erigitur, Deo resistit. Adulter aut fornicator oculos ad caelum non ausus est 5 elevare, deiecto animo misericordiam Domini deprecabiliter sperat ; sed quem conscientia declinat, in terra humiliat, sed elevat ad caelum. Superbia et gloriae appetitus quando levat hominem, tunc humiliat, quia inimicum suo peccato Deum facit.

9 *Usquequo peccatores, Domine, usquequo peccatores gloriabuntur?* Pec- 10 cator qui Deum deprecatur, meretur veniam ; qui autem gloriatur in scelere, superbus est : et superbia inimicum habet Deum. Hoc quod dicit, *usquequo?* ἀπὸ ἕως ὧν intellegendum est, ut cognoscamus : Usque quo peccatores gloriabuntur? *usquequo effabuntur et loquentur iniquitatem?* *usquequo loquentur omnes qui operantur iniustitiam?* Humana 15 igitur inpatientia Dei patientiam admiratur, et dicit : Ego peccator non fero peccatores ; tu iustus quomodo portare potes? *Usquequo peccatores, Domine, gloriabuntur?* Non dixit, *usquequo peccatores peccabunt?* Grande habet peccatum, qui peccat, et insuper in peccato gloriatur. *Effabuntur et loquentur iniquitatem?* Omnia peccata sermone velantur : 20 superbia autem prodit iniquitatem, dum in suo scelere gloriatur. *Populum tuum Domine humiliaverunt, et hereditatem tuam vexaverunt. Qui? superbi. Viduam et advenam interfecerunt.* Historia manifesta est : si autem voluerimus interpretari secundum anagogen, cotidie diabolus superbus cum satellitibus suis in ecclesia humiles opprimit et vexat. 25 *Dicentes, Non videbit nec intelleget Deus Iacob.* Patientiam Domini ignorantiam putaverunt.

1 *In fortitudine]-inim L. faciam] faciem L. fines] LXX ὅρια ; finem cod. 2 longum est enumerare] emendavi ex longe est enumerari, quod in codice legitur. 3 Misericordiam] misericordiae L. 6 deiecto] regecto L. 8 gloriae appetitus] gloria appetit cod. 13 ἀπὸ ἕως ὧν] = ἀπὸ ἕως ὧν; apoxinón L. Cf. verba 'a paribus' quibus inscribuntur Romanorum Pontificum v. gr. Gregorii Magni epistulae non uni sed pluribus eadem singulatim missae. ut cognoscamus] codex, ut reor, pro ut legamus ; verbum enim graecum γινώσκω ad utramque notionem enuntiandam passim usurpatur, et legere scilicet, et cognoscere. 16 admiratur] ammir. L. 26 intellegit] cod. intellegit. Patientiam] Pacientia ms.*

1. *gentium]* Is. 10, 13. Cf. Hieron. in Ezech. 15, 48 sq. 'Primam superbiam posuit, proprium diaboli primumque peccatum. Unde idem apostolus : *Ne inflatus, ait, superbia in iudicium inciadat diaboli,* propter quam de caelo

corrui. Dixerat enim : *Fortitudine faciam, et sapientia intelligentiae auferam terminos gentium...* Et : *Superbis Deus resistit, humilibus autem dat gratiam*'.

5. *Adulter aut fornicator etc]* Eadem fere habentur supra III² 399, 11 sqq.

Intellegite qui insipientes estis in populo, et stulti aliquando sapite. Qui plantavit aurem non audiet? qui finxit oculum non considerat? Naturali argumento corripit et convincit peccatores. O vos qui putatis ad Dominum non pertinere mortalia, qui cum Epicuro ab humanis rebus Dei
 5 curam dicitis separatam, audite naturale argumentum : quia parvuli estis, parva vobis exempla praebebo. Qui homini auditum dedit, ipse non audiet? Simulque vide quid dicat. Non par pari retulit : non enim dixit, qui plantavit aurem ipse aurem non habet? aut qui finxit oculum ipse oculum non habet? Sed quia in Deo membra non sunt, ideo
 10 sic dicit, ut nos quotienscumque in Deum talia legimus quae in scripturis saepe inveniuntur, intellegamus efficientiam significari, non membra. In Salomone legimus : 'In manu linguae mors et vita'. Numquid lingua manum habet? Sed ut facilius ad superioris sensus intellegentiam veniamus, hoc protulimus testimonium : ea enim ratione qua linguae manum
 15 dederis, ea et Deo universa membra daturus es.

Qui erudit gentes, non arguet? Quod dicit hoc est : qui dedit legem, ad hoc dedit, ut erudiat audientes, aut puniat contemntes. *Qui docet hominem scientiam.* Non adiecit, Ipse non habet scientiam? Sed quid dixit?

20 *Dominus scit cogitationes hominum quoniam vanae sunt.* Mirantur homines philosophorum ac poetarum dicentium :

O curae hominum, o quantum est in rebus inane!

Ecce psalmus David ante multa saecula eandem dixit sententiam. Dominus scit cogitationes hominum quoniam vanae sunt. Quandiu homines sumus, vanas cogitationes habemus. 'Ego dixi dii estis, et filii
 25 Excelsi omnes'.

Beatus homo quem tu erudieris Domine, et de lege tua docueris eum. Vides ergo quod discenda sit lex, ut quae obscura sunt diligentius intel-

1 *insipientes*] *inicipientes* L. 3 *corripit*] *corripitur* L, deponensne pro activo, an potius error librarii, subdubito. 4 *Epicuro*] *i* ex *e* corr. L. 13 *superioris sensus*] *superiori sensu* L. 17 *erudiat*] *eruditat* L. *contemn.*] *contempn.* L. 18 *quid dixit*] *qui dixit* L. 20 *Mirantur... philosophorum*] Graeca constructio τῶς ἀγρυπαι? 22 *O curae*] *O cure* L, uti codd. nonnulli supra, t. III² p. 130.

12. *vita*] Prov. 18, 21.

22. *inane*] Pers. sat. 1, 1.

26. *omnes*] Ps. 81, 6. — Simile quid invenies ap. Hieron. Comm. in Matth. 16, 13 sqq. 'Qui de Filio hominis loquuntur, homines sunt; qui vero divinitatem eius intellegunt, non homines,

sed dii appellantur... Prudens lector, adtende, quod ex consequentibus textuque sermonis apostoli nequaquam homines sed dii appellantur... Illis, quia homines sunt, humana opinantibus, vos, qui estis dii, quem me esse existimatis?'

legi possint. Dicit enim apostolus, quia 'lex spiritalis est'. Et David : 'Revela oculos meos, et considerabo mirabilia de lege tua'. Hoc est ergo quod dicit. Beatus homo quem tu erudieris Domine, et de lege tua docueris eum. Quare doces eum? Redde causas.

Ut mitiges ei a diebus malis. Ideo illum doces, ut in futurum illi par- 5 cas : ideo in praesenti corripis, ut in futuro non damnes. Iudicis enim sententia sustinenti mala est : non quod sententia mala sit, sed quod patienti eam, dum poenam sentit, iusta sententia et bona sentit malam. *Donec fodiat peccatori fovea.* Quis est qui peccatori fodit foveam? Videamus quid alibi dicit propheta. 'Lacum aperuit et effodit eum, et 10 incidit in foveam quam fecit'. Foveam igitur non facit Deus, sed peccator, ut cadat in eam. 'Caecus, inquit, si caeco ducatum praestat, ambo in foveam cadunt'.

Quis consurget mihi adversus malignantes? aut quis stabit mecum adversus operantes iniquitatem? Quando dicit, Quis? aut rarum significat, 15 aut nullum. Ex persona enim infirmi hominis propheta sic loquitur. Quis consurget mihi adversus malignantes? Venit Moyses, et meliorare non potuit : venerunt prophetae, et me de peccatorum laqueis non liberaverunt. Quis ergo consurget mihi? Pulchre dixit, consurget: quasi dormiens, quasi iacens. 'Exurge, quare obdormis Domine?' 'Magister 20 salva nos, perimus'. Quis consurget mihi adversus daemonum multitudinem? Quis praebabit auxilium? Quis mecum stabit adversus operantes iniquitatem? Pulchre dixit, Quis stabit mecum? Nisi enim nobiscum steterit Dominus qui in passione iacuit, nisi consurrexerit qui in morte dormiebat, adversarios nostros superare non possumus. Prop- 25 terea Stephanus praelians adversus impetus Iudaeorum videt Iesum stantem a dextris Patris. Stantem vidit, quia pro suo martyre dimicabat. *Nisi quia Dominus adiuvasset me.* Nisi quia Christus ab inferno surrexit, mea anima ad inferos descendisset.

Si dicebam, Motus est pes meus : misericordia tua Domine adiuvabat me. 30 Inbecillitatis confessio cito Dei auxilium promeretur, et quanta superbia

5 *ei]* eum L ex Psalt. Rom. 6 *damnes]* dampnes L. 8 *iusta sententia et bona]* L, facile pro accusativo. 10 *aperuit]* aperuit L. 12 *in eam]* a ex u post. m. corr. L. *inquit]* inquit. *praestat]* at ex as corr. L. 14 *Quis]* Qui L hoc loco, deinceps vero *Quis. mihi]* L infra, hic autem *mecum.* 31 sq. *quanta... tanta]* L, pro *quantum... tantum?*

1. *es]* Rom. 7. 14.

2. *tua]* Ps. 118, 18.

7. *sustinenti mala est]* Hieron. in Amos 3, 3 sqq. 'Non per se malum est (bellum), sed malum videtur his esse qui

sustinent'.

11. *fecit]* Ps. 7, 16.

13. *cadunt]* Mt. 15, 14.

20. *Domine?]* Ps. 43, 23.

21. *perimus]* Mt. 8, 25.

26.] A. 77, 56.

offenditur, tanta humilitate placatur. Si dicebam, Motus est pes meus: si confiteor peccata mea, si dicam pedem meum stetisse in lubrico, si non confidam in propria virtute, si non iacentem me esse robustum, statim misericordia tua adiuvat me.

5 Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuae laetificaverunt animam meam. Hoc est quod supra dixit: eundem sensum, eandem intentionem prosequitur. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuae laetificaverunt animam meam.
 10 Quantum dolorem vidisti in corde meo ex gemitu paenitentiae, tantum tuam misericordiam ministrabis: doloris enim magnitudo fiebat materia consolationis.

Numquid aderit tibi sedes iniquitatis? Tu qui iudicas iustitiam, numquid iniquitatem poteris habere vicinam? Qui fingis dolorem in praecepto? Praecepta Dei dolorem habent paenitentiae; sed ipse dolor bonus est,
 15 quia medicinam exhibet peccatorum. Nisi enim cum sudore et labore Dei praecepta non faciemus. Nemo ergo in deliciis aestimet coronari. 'Vidua quae in deliciis est, vivens mortua est'. Quod de una persona dixit apostolus, nos referamus ad omnes: neque enim apostolo sola fuit cura de viduis, qui totius ecclesiae doctor existebat. Modo quia non
 20 nominavit virginem, non monachum, non ecclesiasticum, ideo se non debet a deliciis sustinere? Si enim vidua homo est, et ceteri puto homines sunt: qui pro fragilitate communi id per delicias possunt incur-rere, quod vidua pertimescit. Audi ergo quod dicit, Qui fingis dolorem in praecepto. Praecipitur enim nobis ut ieiunemus, praecipitur nobis ut
 25 sobrii simus, ut percutienti maxillam praebemus alteram, ut auferenti tunicam dimittamus et pallium. Ista omnia praecepta sine labore non fiunt. 'Propter enim verba labiorum tuorum ego custodivi vias duras'. Videtis ergo quod nemo in deliciis coronetur. 'Arta enim et angusta via est quae ducit ad vitam'. Quaecumque enim virtutes sunt, sine difficul-
 30 tate non fiunt. Ingenti labore ad montis cacumina pervenimus: quanto magis in caelum? Hoc est quod in evangelio dicitur: 'Regnum caelorum

2 *si confiteor*] pro *si confitear*? 3 *si non iacentem me*] Deest verbum, ant certe iterum subauditur *si non confidam*. 5 *consolationes*] *es* ex *is* L. 12 *aderit*] scripsi; *adherit* L: gr. συνπροσέστυα. *sedes*] *es* ex *is* L. 13 *fingis*] *finges* L. 15 *sudore*] *u* I m. in ras. 16 *faciemus*] scripsi ex coniectura; *faciamus* L. *aestimet*] *extimet* cod. 21 *debet*] pro *debent*? *sustinere*?] Signum interrogationis addidi, quod quidem sententia exigere videtur. 23 *quod dicit*] L, pro *quid dicit*?

17. *mortua est*] I Tim. 5, 6.

29. *vitam*] Mt. 7, 14.

27. *duras*] Ps. 16, 4.

vim patitur. Vim patitur, quia nobis subicitur per gratiam, quod non est subiectum per naturam : ut unde angeli corruerunt, homines ascendant : ut ubi corpora non ceciderunt, animae cum corporibus vadant. Dicat aliquis : Quomodo ergo eadem corpora nostra ibunt in caelum ? Si regnat Christus, nos regnamus cum Christo : quod ille iam possidet, nobis post resurrectionem pollicetur. Si primitiae regnant, et reliquiae regnabunt. Caro quae regnat in Christo, quare non regnet in credentibus Christo ? 'Cum enim Christus apparuerit, tunc et nos apparebimus cum ipso in gloria.' Si caro ab angelis adoratur in caelo, quare in hominibus non regnet, qui regni meruerunt dignitatem ? Dicitur alibi : 'Et adorate scabellum pedum eius, quia sanctus est'. Quidam putant de terra dictum, scabellum pedum eius : mihi autem videtur quod ad comparationem divinae maiestatis incarnatio Salvatoris scabellum propter subiectionem humilitatis merito nuncupetur ; sed quia Christi est, adoratur. Nihil enim deest divinitati : quicquid enim *ὁλκωσπία* est in Christo, non illi additur, sed nobis proficit : ille in gloria assumitur, ut nobis futurae spei gratia demonstretur, qui cum ipso regnavimus. Cui est gloria et imperium in saecula saeculorum Amen.

DE PSALMO XCV.

Antequam de evangelio disputemus, de titulo psalmi videntur nobis pauca dicenda, et post tituli disputationem veniamus ad paucos versiculos ; ut intellectum quem de vestibulo dixeramus, idem in omni domus porta cognoscamus. Titulus hic est : *Quando domus aedificabatur post captivitatem, huic David.* Cuius domus aedificabatur post captivitatem ?

3 non ceciderunt] *cadere* hoc loco, ut gr. *πίπτω* = quadrare, locum habere. Cf. Forcellini h. v. 4 Sz] Post hanc coniunctionem, littera *g* in L expuncta est. 11 sanctus est] L, et ita quidem in multis codd. graec. Ps. 98, 5 *ὅτι ἅγιός ἐστι.* 15 quicquid enim] *quia quicquid enim* L. *ὁλκωσπία*] *ΥΚΩΝΟΜΕΙΑ* cod., *o* minori super *ω* addito. 17 regnavimus] cod., pro *regnabimus* ? 19 DE PSALMO XCV] Item ex uno cod. Laurentiano nunc demum editur. 22 dixeramus] pro *dixerimus* ? 23 porta] cod. *porte*, fortasse ex graeco scrupulosius translato (*ἐν* cum dativo) ; alia exempla ap. Roensch, p. 412. *aedific.*] *hedific.* L. 24 huic] L, fortasse pro *hymnus*, compendio scripturae male lecto ; graec. *ὁδὴ τῷ Δαυὶδ.*

1. *patitur*] Mt. 11, 12.

2. *per naturam*] Hieron. in Matth. loc. cit. 'Grandis enim est violentia, in terra nos esse generatos, et caelorum sedem quaerere ; possidere per virtutem, quod non tenuimus per naturam'.

7. *Caro quae regnat in Christo*] Cf. III² 279, 23 sqq. 'Non despiciamus carnem, quae cum Christo regnat in

caelo... Caro et sanguis regnum Dei non possidebunt. Et quomodo in Christo regnant ?'

9. *gloria*] Col. 3, 4,

11. *sanctus est*] Ps. 98, 5.

22. *in omni domus porta*] His verbis ad memoriam revocatur initium tractatus de Psal. 1.

Quis putas ex nobis captus est et in captivitatis tempestate destructus, ut post captivitatem rursus aedificetur? Si omnes homines conclusit Deus sub peccato, et omnia in incredulitate, inveniuntur: ubicumque peccatum, ibi captivitas: ubi captivitas, ibi ruina, ibi aedificatio necessaria
 5 est. Debemus ergo nostras domus diligentius considerare, ne forte in aliquo corruerint, et indigeant post captivitatem adificari; quibus, ne penitus corruant, omni labore et solertia subveniendum est, ut impleatur in nobis quod in Exodo scriptum est: 'Quoniam obstetrices timuerunt Deum, aedificaverunt sibi domos'. Vide quid dicat, Quoniam timue-
 10 runt Deum, aedificaverunt domos. Ergo domus nisi timore Dei non potest fabricari. Si ergo illae timore Dei aedificaverunt domos, quae non peccaverant, sed magis cum Dei voluntate fecerunt: nos qui capti sumus, quid facere debeamus? Audi, peccator: debemus quidem timere Deum, ne peccemus; sed secunda post naufragium tabula est paenitentia.
 15 Quando domus aedificabatur post captivitatem. Quando domus aedificabatur: non dixit, aedificata est, quia paenitentia non habet finem. Iustus quippe mortuus relinquit paenitentiam: ubicumque peccatum est, semper mordet conscientia. Ideo dicitur, aedificabatur, quia tempore non concluditur: quantumcumque vixeris, ibi semper incurris.

20 *Cantate Domino canticum novum.* Vetus homo deponitur, et extruitur novus: propterea cantatur canticum novum. *Cantate Domino omnis terra.* Quae tota mente ad Dominum conversa est, in Domini confessione laudes eius novae vocis suavitate decantat.

Non debemus inmemores esse promissi: ad evangelii lectionem, quoniam
 25 niam difficilis est, transire debemus. Semel dixisse sufficiat, psalmum dictum esse ex persona paenitentis: ad quam intellegentiam et quae reliqua sunt applicabuntur.

DE PSALMO XCVI.

Titulus psalmi ita praescribitur: *Quando terra eius restituta est.* Quan-
 30 do dicitur, restituta est, ostenditur quod ante fuerat, et postea non

1 *captivitatis]* is ex es I m. corr. *tempestate]* s postea sup. te addita. 4 *ruina, ibi]*
 Videtur desse membrum *ubi ruina*, ut supra 72, 23. 6 *quibus]* scripsi: *qui ibi* cod.
 7 *impleatur]* n post *implea* expuncta. 8 *obstetrices]* *obsetrices* ms. 10 *domus]* *domos*
 L. 12 *peccaverant]* ant ex *unt* I m. corr. 14 *peccemus]* *peccemur* cod. *secunda]*
secundam L. 17 *relinquit]* *reliquid* ms. uti supra non semel. 18 *mordet]* *mordit* L.
 22 *est]* t I m. add. 28 *DE PSALMO XCVI]* Ex tribus cod. MOV. 29 *praescribitur]*
 scripsi; *prescribitur* M; *scribitur* OV. *Quando dicitur, restituta est]* M; om. OV.

3. *in incredulitate]* Cf. Rom. II, 32 14. *secunda post naufragium tabula]*
 et Gal. 3, 22. Cf. adnot. ad III² 134. 10.

9. *domos]* Ex. I, 21.

fuerit, et iterum constituta sit. Quae est ergo terra ista David quae restituta est? David terra sancta Maria est, mater Salvatoris. 'Qui factus est ei ex semine David secundum carnem'. Quod David repromissum fuit, in Mariae virginitate partuque completum est, ubi virgo de virgine procreatur. Atque ita factum est, quod in evangelio dicitur, 'Verbum caro 5 factum est, et habitavit in nobis': ut quod David fuerat repromissum, per sanctam Mariam nobis restitueretur.

Dominus regnavit, exultet terra. Exultet terra: unum habeat regem, quae prius a pluribus habebatur. *Laetentur insulae multae.* Dicitur in quodam propheta: 'Loquere ad habitatores insulae huius', hoc est, ad 10 habitatores Hierusalem. Vides ergo quia Hierusalem insula nuncupatur. Ante ergo quam terra David restitueretur, una tantum Iudaeae insula exultabat; nunc autem David terra restituta, dicitur, Laetentur insulae multae. Insulas multas, diversas provincias sive urbes possumus dicere credentium populorum, sive diversas ecclesias interpretabimur. Quomodo 15 enim insulae marinis fluctibus hinc inde tunduntur, sic et ecclesiae variis tempestatibus temptationum tunduntur quidem, sed non subvertuntur.

Nubes et caligo in circuitu eius. Nulli dubium quin Domini Salvatoris, in cuius circuitu nubes et caligo fuit caro quam est dignatus assumere; quamvis apparuisse dicatur in evangelio Ioannis. 'Et apparuit nobis'. 20 Apparuit quidem apostolis, sed Iudaeis celabatur. Illis in monte ostenditur, istis in humilitatis valle celatur: illos beatitudinibus aedificat, istis in parabolis loquitur, ut videntes propter perfidiam non viderent. Nubes et caligo in circuitu eius. Apparuit sicuti voluit, non ut eius natura poscebat. 'Et posuit tenebras latibulum suum'. Si Deus lux est, quo- 25 modo lux potest habitare in tenebris? Illic tenebrae scientiam nostram significant et infirmitatem: quia maiestatem eius non possumus intueri.

1 constituta] *constructa* OV. Quae est] M; OV om. est. 3 ei] OV; om. M.
 4 Mariae] OV; matris M. 10 sq. habitatores]-orem M. 12 una] unam V.
 14 diversas] et diversas M. 15 credentium populorum] OV; credentes populos M. sive
 diversas] urbes inser. codex M pessime, ut vides, hoc loco depravatus. 16 et] M; om. OV.
 17 tempestatibus temptationum] O: temptationibus solummodo M. 21 celabatur] OV;
 celatur M. 22 beatitudinibus] OV: beatitudine M. 26 tenebrae] tenebres M 1 m.,
 geminata primum s quae sequitur, postea vero expuncta; tenebras OV. 27 significant] n
 add. 1 m. sup. lin. M; significat OV.

3. carnem] Rom. 1, 3.
 6. in nobis] Io. 1, 14.
 10. huius] Is. 20, 6? Cf. III² 140,
 28; 150, 18.
 16. hinc inde tunduntur] Lege adnot.
 III² 141, 3.
 20. nobis] 1 Io. 1, 2. Hic, ut vides,

locum epistolae I^{ae} S. Iohannis veluti
 ex huius evangelio desumptum venditat,
 quemadmodum in expositione psalmi
 LXXV. 49, 10 exemplum ex Apoca-
 lypsi sic adfert: 'Denique quid dicit
 ipse in evangelio?'
 25. suum] Ps. 17, 12.

Si enim in istius solis, qui creatus est, qui conservus noster est, radios oculi humani intendre non possunt; et quanto magis in sole iustitiae tenebrae sunt et caligo in circuitu eius, ut a nobis non possit intellegi vel videri? Hoc est quod de sancto Moyse legimus: 'Et ingrediebatur
 5 in caliginem nubis' ut videret Deum, quem sine nube videre non poterat. Hoc et in Esaia dicit: 'Dominus veniet in Aegyptum in nube levi', hoc est, in sancta Maria. In nube levi, quia humano semine non gravabatur. *Iustitia et iudicium correctio sedis eius.* Quando dicitur correctio, ostenditur quod ante pravum fuerit. Iustitia et iudicium correctio sedis
 10 eius. Ante quam Dominus veniret in carne, inaequalitas erat, quia in Iudaea notus erat tantummodo Deus. Ille venit, et omnis terra unum et eundem quem Iudaea noverat cognovit creatorem: et facta est correctio sedis eius.

Ignis ante ipsum praecedet. Dominus mundus est, 'sanctus in sanctis
 15 habitat': non possumus ad eum applicari, nisi vitia nostra ignis ante combusserit. 'Uniuscuiusque enim opus quale sit, ignis probabit'. *Et inflammabit in circuitu inimicos eius.* Non quasi inimicos suos inflammat inimicos Deus, sed quasi amicos: inimicorum enim vitia decoquit, ut de inimicis amicos faciat.

Illuxerunt fulgura eius orbi terrae. Hoc est quod dicitur in Hieremia: 'Dominus qui fecit orbem terrae in sapientia sua, qui eduxit nubes ab extremo terrae, fulgura in pluviam fecit'. Illuxerunt fulgura eius orbi terrae. Aiunt philosophi qui solent de rerum disputare naturis, nisi nubes contra se venientes illis fuerint, ignis ex his non potest elabi; cum
 25 vero quodam inter se certamine concitatae fuerint in tonitrua, tunc ex eis fulgur elabatur. Quam similitudinem etiam de lapidibus ignitis possumus intellegere. Hoc ideo diximus, ut simile aliquid facilius videamus

I *in*] om. M. 3 *possit*] *possint* OV. 5 *in caliginem*] M;— *ine* OV. 6 *in nube levi*] *in nubem levi* OV. 7 *gravabatur*] OV; *gravatur* M. 8 sqq. *correctio*] M; *correctio* OV constanter. *eius*] OV; *tuae* M. 9 *pravum*] *parvum* V. 11 *notus erat*] M; *erat notus* OV. 14 *praecedet*] *praecedit* M. 15 *ignis*] M; om. OV. 16 *combusserit*] corr. ex *combuserit* V, ex *combusserat* O; *combusserit* M. *probabit*] *probavit* OV. 18 *decoquit*] *dequoquet*, et in *it* postea correcto M, quo in *co* item mutato O; *decoquet* V. 20, 22 *orbi*] *orbis* codd. 22 *fulgura*] *fulgora* M. 23 *naturis*] *natura* M. 24 *venientes*] O in textu, postea corr. *venientis*; *ventis* MV, O marg. 26 *Quam*] corr. ex *quoniam* O. *de*] M; om. OV. *ignitis*] *ingentis* V.

5. *in caliginem nubis*] Exod. 20, 21. cf. supra 80, 5.
 6. *levi*] Is. 19, 1. 16. *probabit*] 1 Cor. 3, 13.
 7. *gravabatur*] Cf. III² 65, 8; 141, 23. 22. *fecit*] Ier. 51, 15 sq.
 11. *Deus*] Ps. 75, 2. 23. *Aiunt philosophi* etc.] Eadem fere
 15. *habitat*] Is. 57, 15 sec. LXX: ad verbum t. III² 143, 4 sqq.

in mysterio Salvatoris. Nos habemus nubes nostras, prophetas et apostolos ; unde et alibi dicitur ' Veritas tua usque ad nubes '. Si usque ad nubes istius aeris veritas eius, quomodo alibi dicitur ' Veritas de terra orta est ' ? Ergo quod dicit hoc est. Veritas tua usque ad nubes. Prophetas utique et apostolos significat : quae nubes nisi inter se fuerint collisae, splendorem suum dare non possunt ; si autem uno cursu contiguerint intonare, fulgura in toto orbe cadunt. Vultis scire quomodo sancti in scripturis nubes appellentur ? Dicitur in Esaia : ' Mandabo nubibus ne pluant super eos imbrem '. Moyses nubes erat, et ideo loquebatur : ' Expectetur sicut pluvia eloquium meum '. Apostolorum epistolae nostrae pluviae sunt spirituales. Quid enim dicit Paulus in epistola ad Hebraeos ? ' Terra enim saepe venientem super se bibens imbrem ' et reliqua. Et iterum : ' Ego plantavi, Apollo rigavit '. *Vidit et commota est terra.* In toto orbe sermones Domini fulgurantes terra sensit, et mota est, quae antequam moveretur dura erat, et verbum Domini suscipere non valebat. Respexit eam Dominus ' qui respicit terram et facit eam tremere '. Quid est hoc, facit eam tremere ? ' Super quem alium requiescam, nisi super humilem et quietum et tementem sermones meos ? '

Montes sicut cera fluxerunt a facie eius. Montes, sublimes potestates dicit. Qui ante per superbiam erigebantur in caelum, ad adventum Domini humiliati sunt ; et qui nimia indurabantur iactantia vanitatis, postea divinae sapientiae calore madefacti sunt.

Annuntiaverunt caeli iustitiam eius, et viderunt omnes populi gloriam eius. In duobus istis versiculis duae res significantur : caeli annuntiant iustitiam Domini, et vident omnes populi gloriam eius. Nisi enim caelum aliquis fuerit, iustitiam Domini non potest annuntiare. Si enim peccatori dicitur ' Terra es, et in terram ibis ' quare iusto non dicatur, Caelum es,

1 *in*] suppl. sup. lin. O. *mysterio*] scripsi ; *ministerio* codd. 2 *et*] M ; om. OV.
Si] postea delet. in O, om. V. 3 *aeris*] M ; *terrae* OV. 6 *cursu*] corr. ex *curso* O.
contiguerint] scribere non dubitavi, cf. adiectivum *contiguus* ex *con* et *tago* ; *conticuerint* V, O
in textu, item M postea mutat. in *eas contigerit* ; ' Puto legendum *contigerint* ' O in marg.
7 *quomodo*] codd., fortasse pro *quoniam*, nota *quo* male lecta. 16 *terram*] *eam* M. 20 *Qui*] *Quae* M.
ad adventum] M postea sup. lin. add. *vero*. 21 *nimia*] *anima* V. 22 *calore*] *m* in fine deleta O. *malefacti*] *madefactae* OV. 25 *caelum*] *caeli* OV. 26 *iustitiam*] *iustitia* OV.
27 *in terram*] *in terra* V.

2. *ad nubes*] Ps. 35, 6. ronymo confidenter attribui.
3. *orta est*] Ps. 84, 12. 13. *rigavit*] 1 Cor. 3, 6.
9. *imbrem*] Is. 5, 6. 16. *tremere*] Ps. 103, 32.
10. *meum*] Deut. 32, 2. 18. *meos*] Is. 66, 2.
12. *imbrem*] Hebr. 6, 7. Nota Epistulam ad Hebraeos heic Paulo ab Hieronymo confidenter attribui.
27. *ibis*] Gen. 3, 19. Cf. supra adnotat. ad 56, 1.

et in caelum ibis? Non enim habemus imaginem terreni, sed imaginem caelestis : quoniam 'nostra conversatio in caelis est'. Si quis ergo ambulaverit super terram, quamvis in carne, tamen non secundum carnem, iste libere potest Domini annuntiare iustitiam. Si enim aliquis minus
 5 sciens scrupulum patiat, et dicat, Quid est quod iustos in hac vita videmus laboribus et egestate compressos, et peccatores divitiis et commodis omnibus efflorere? nisi ecclesiasticus vir in divinis scripturis fuerit eruditus, quomodo potest in huiusmodi causis Dei monstare iustitiam? Si autem in meditatione legis die noctuque laboret, facile respondebit,
 10 brevem praesentis temporis humilitatem aeternis postmodum praemiis compensandam. Multo enim melius est, exiguo aetatis suae spatio aliquem propter Dominum tolerare voluntariam paupertatem, ut divitiis in futurum perfruatur aeternis, quam hic abundare luxuriis, et postea intolerabilibus suppliciis cruciari. *Et viderunt omnes populi gloriam eius.* Qui
 15 prius scandalizabantur in cruce Domini, quia per se eum agnoscere non poterant, annuntiantibus postmodum caelis iustitiam Dei glorificant Deum.

Confundantur omnes qui adorant sculptilia. Si propheta benedictus, numquam benedictum novit maledicere; et propterea in eo quod dicit,
 20 Confundantur, non contra illos, sed pro illis est: orat enim ut confundantur in errore suo, et ad Deum verum ac solum creatorem convertantur.

Exultaverunt filiae Iudaeae propter iudicia tua Domine. Quid sibi vult hic sensus, Exultaverunt filiae Iudaeae, et non filii? Intellegamus primum quid interpretatur Iudaea: et cum scierimus interpretationem,
 25 videamus quae sunt filiae interpretationis. Iudaea igitur confessio interpretatur. Quaecumque anima Deum confitetur, filia Iudaeae est. Ideo filias Iudaeae dicimus omnes credentium animas, quae ad Dei iudicia exultant. Nisi enim fidelis fuerit anima, ad Dei iudicia non exultat.

2 *ergo ambul.*] corr. ex *ambul. ergo* O. 6 *laboribus*] M; om. OV. 12 *Dominum*] OV; *Deum* M. 13 *abundare*] *hab.* M. 16 *Dei*] corr. ex *eius* O. 18 *sculptilia*] *scultilia* M. *benedictus*] *est* add. post. sup. lin. M. 19 *benedictum*] *um* postea in *us* mutat. M. 22 *Iudaeae*] codd. iuxta gr. τῆς Ἰουδαίας. *vult hic sensus*] M; *hic s. vult* OV. 24 *quid*] *quod* codd. *scierimus*] *sciemus* V. 26 *Quaecumque*] *Quaecunq* quae V. *Iudaeae*] *Iudaea* OV. 27 *Dei iudicia*] M; *iud. Dei* OV. 28 *iudicia*] M; *iudicium* OV.

2. *caelestis*] 1 Cor. 15, 49.
in caelis est] Phil. 3, 20.
 28. *exultant*] Hieron. epist. 39, 2
 'Exultaverunt enim filiae Iudae in omnibus iudiciis Domini. Si Iuda confessio interpretatur, confitens autem

omnis anima credentis est: necesse est, ut qui se credere dicit in Christo, in omnibus Christi iudiciis gaudeat. Sanus sum, gratias refero creatori; languo, et in hoc laudo Domini voluntatem.'

Domus mea corruit, divitias naufragio perdidit, filius mihi mortuus est, servus fugit et res meas rapuit, qui dives ante fui nunc egestate consumo: nisi filia Iudaeae fuero, non exulto in iudiciis Dei. Beati Iob anima fuit filia Iudae, quae in damnis familiarium rerum sic se consolabatur dicens: 'Dominus dedit, Dominus abstulit, sit nomen Domini benedictum: nudus exivi de utero matris meae, nudus quoque ibo': subaudiatur, in terram. Primum ex divite pauper factus, substantiam amisit cum filiis: egestate pariter et orbitate depressus, postremo ad ultimam venit miseriam, morbo regio percussus et vulnere insanabili: insanabili hominibus, sed sanabili apud Deum. Quod medicina humana sanare non poterat, patientia sanavit et fides. Sedebat in stercore, et animo in paradiso deambulabat. Toto corpore putrescente, sola illi lingua servata est, quae Dominum blasphemaret. Videte artem hostis antiqui. Substantiam iusti viri hostili praeda diripuit, filios ruina oppressit, ipsum gravi vulnere et totius corporis horrore percussit: nihil ei reliquit nisi linguam et uxorem, ut illa tentaret et illa blasphemaret. Memor fuit diabolus pristinae artis, qua Adam aliquando decepit per mulierem: ita et hunc appetit per uxorem, aestimans quod semper viros possit per mulierem decipere, non considerans quia unus per mulierem deiectus est, et nunc per mulierem totus mundus salvatus est. In mente tibi venit Heva, sed considera Mariam: illa nos eiecit de paradiso, ista reducit ad caelum. Revertamur ad psalmi ordinem.

Qui diligitis Dominum, odite malum. Si Dominus bonus est... Quid enim legimus? 'Pastor bonus ponit pro ovibus suis animam suam'. Et iterum in alia parabola: 'Amice, si ego bonus, quare oculus tuus nequam est?' Qui diligitis Dominum, odite malum. Non possunt duae caritates in uno homine inter se esse contrariae. Quomodo non est consensus Christo cum Belial, iustitiae et iniquitati; sic fieri non potest, ut una

3 *Iudaeae*] V; *Iudae* MO, atque ita tres codd. concorditer lin. seq. 4 *familiarium*] *familiarum* codd. 8 *ad ultimam*] M; *ad ultimum* OV. 9 *percussus*] *est* sup. lin. postea add. M. 12 *illi*] M; om. OV. 14 *oppressit*] M; *depressit* OV. 15 *horrore*] corr. ex *orrore* O. *percussit*] *percusit* V. *reliquit*] V, t corr. ex d O; *reliquid* item M. 17 *per mulierem*] M; OV om. *per*. 18 *aestimans*] *extimans* OV. 19 *per mulierem*] t. *mundus*] M; *totus m. p. mulierem* OV. 20 *Heva*] scripsi; *Aeva* M; *Eva* OV.

6. *ibo*] Iob 1, 21.

13. *quae Dominum blasphemaret*] Tract. de ps. LXVI. t. III². 35, 14. 18 'Nihil enim illi remansit in corpore sanum, nisi sola lingua, per quam blasphemare possit... Solam linguam ei integram reservavit, ut possit Deum suum blas-

phemare.'

24. *suam*] Io. 10, 11.

25. *nequam est*] Matth. 20, 15.

26. *Non possunt duae caritates* etc] Commentariol. 72, 14 'Duae simul boni et mali caritates esse non possunt.'

28. *iniquitati*] 2 Cor. 6, 14 sq.

anima et bonum amet et malum. Qui diligitis Dominum, odite malum :
 diabolum. Utriusque et amor et odium in opere consistit. ' Qui enim
 diligit me, mea mandata servabit'. De parte autem diaboli quid dicitur ?
 ' Invidia autem diaboli mors introivit in orbem terrarum ; imitantur ergo
 5 illum qui sunt ex parte illius '. Aut certe simpliciter intellegendum : Qui
 diligitis ea quae bona sunt, odite ea quae mala sunt. Non potestis bonum
 diligere, nisi oderitis malum. *Custodit Dominus animas sanctorum suorum*.
 Ordo pulcherrimus : Qui diligit bonum et odit malum, quid meretur a
 Domino, nisi ut custodiatur ab eo ? *De manu peccatoris liberabit eos*. Hic
 10 oritur questio : Si Dominus custodit animas sanctorum suorum, et de
 manu peccatoris liberat, quomodo in persecutione martyres opprimun-
 tur ? quomodo Petrum et Paulum Nero impius una die data sententia
 morte damnavit, si custodit Dominus animas sanctorum suorum ? Dili-
 genter attendite quid dicat. *Custodit Dominus animas sanctorum suorum* :
 15 animas dixit, non corpora. ' Nolite timere eos, ait, qui occidunt corpora,
 animas autem non possunt occidere ; sed eum timete, qui corpus et ani-
 mam potest occidere in gehennam '. Quomodo ergo custodit Dominus
 animas sanctorum suorum ? In martyrio. ' Pretiosa in conspectu Domini
 mors sanctorum eius '. In martyrio ideo sanguis effunditur, ut anima de
 20 temptationibus liberetur : ut relinquat brevem vitam, et migret ad aeter-
 nam : ut relinquat persecutionem, et vadat ad coronantem Dominum
 nostrum Iesum Christum. Cui est honor et gloria in saecula saeculorum.
 Amen.

3 *servabit*] M ; *servat* OV. *parte... diaboli*] OV ; *patre... diabolo* M pessime. 4 *introivit*] V 2 m ; *introibit* O, V 1 m ; *intravit* M. 7 *Dominus*] om. M. 9 *liberabit*] *liberavit* O, V 1 m. 11 *in persecutione*] M, s in fine expuncta ; *persequutionibus* OV, in omisso.
 12 *una die data sententia*] OV ; M nescio quo scrupulo motus omisit. 14 *attendite*] M ; *attende* OV. 17 *ergo*] M ; om. OV. 18 *suorum ? In martyrio.*] Tres codd. interpungunt : *suorum in martyrio ? Pretiosa*] *est* add. OV. 20 *liberetur*] M ; *liberentur* V ; *liberaretur* O. 22 *honor et gloria*] *gloria et honor* OV.

3. *servabit*] Io. 14, 21.
 5. *illius*] Sap. 2, 24 sq.
 12. *una die*] Hieron. De viris illustr.
 c. 5 ' Et hic ergo (Paulus) quarto deci-
 mo Neronis anno, eodem die quo

Petrus, Romae pro Christo capite trun-
 catur. '
 17. *in gehennam*] Matth. 10, 28.
 19. *eius*] Ps. 115, 15.

FRAGMENTUM TRACTATUS IN PSALMUM XCIII.

Quod sequitur fragmentum exhibuit ultima pagina codicis Rotomagensis A. 277 (527), fol. 133^v, inter additamenta rudiori calamo saec. X exarata. Breve quidem illud ac nullius fere momenti, cum locus opportunus suppetat, oculis subiciendum duxi, quod neque praelo videatur indignum, et ex eo forsitan aliquando integer tractatus reperiri possit.

TRACTATUS SANCTI HIERONYMI IN DIE PASCHAE.

Deus ultionum Dominus, Deus ultionum libere egit. Solus etenim ipse libere egit, qui nobis hodie ostendit quid fecerit. Libere enim egit, de quo multum antea fuerat prophetatum, quia 'factus est sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber'. Vultis tamen scire quid egerit? audite quid fecerit. Nulla necessitate, sed propria voluntate in ligno se suspendi permisit: clavis corpus suum perforari non renuit: animam ponendo mortem sustinuit: carnem in sepulchro reposuit, et comitante secum anima ad inferna descendit: tenebrarum et mortis principem conligavit, legiones illius perturbavit: portarum inferni vectes ferreos effregit, omnes iustos qui originali peccato obstricti tenebantur absolvit; captivos in libertatem pristinam revocavit, peccatorum tenebris excaecatos splendida luce perfudit. Ecce audistis quid sit, quod defensor noster ultionis Dominus libere egisse describitur. Postquam enim exaltatus est, id est, a Iudaeis in cruce suspensus est, ut breviter cuncta perstringam, mox ut spiritum reddidit, statim unitate suae divinitatis anima ad infernorum profunda descendit, cumque tenebrarum terminum quasi quidam depraedator...

1 TRACTATUS] TRACTUS cod. 2 ultionum] ultionem. 3. 14 libere] liber, propter litteram e sequentem. 4 quia] scripsi; Qui cod. 7 perforari] perforare. 9 anima] animam. 9. 17 descendit] discendit. 11 effregit] efregit cod., fortasse pro confregit. 12 tenebris] tenebras. 14 describitur] descr. 16 unitate suae divinitatis] Legendumne unita suae divinitati? 18 depraedator]-atur codex, qui mancus his verbis finem capit.

II.

1. IN ESAIAM TRACTATUS DUO AB ALIIS QUIDEM
IAM ANTEA EVULGATI,
NUNC VERO NOVIS CURIS RECOGNITI ET ILLUSTRATI.

2. GRAECA IN PSALMOS FRAGMENTA D. HIERONYMO ADSCRIPTA
EX COD. TAURINENSI B. VII. 30.

IN ESAIA PARVULA ADBREVIATIO DE CAPITULIS PAUCIS.

Unus liber est duodecim prophetarum : et quod solent facere medici in aegrotationibus, hoc prophetae quasi spiritales medici in animae vul-
neribus diversisque peccatis facere consuerunt. In duodecim prophetis
5 quasi aegrotans, qui vitio suo curari noluerit, ad mortem usque describitur ; et postea per Christum, qui verus est medicus, sanatus post mortem esse narratur. Quod ergo duodecim prophetae per partes faciunt, et nihilominus ipsi breviter subindicant, hoc latissime maiores prophetae
10 facere consuerunt. Ezras autem, qui interpretatur adiutor, et Zorobabel, qui interpretatur iste princeps in Babylone, et Iesus, qui in lingua nostra sonat salvator, in figura praecesserunt Domini : ut quod ceteri prophetae medicinalibus suis libris curare non potuerunt, isti curaverint, et reduxerint populum post captivitatem.

15 *Visio Esaiiae.* Propterea visio dicitur, quia prophetae futura cognoscunt, et spiritalibus oculis Salvatoris intuentur adventum : unde et Videntes apud antiquos vocabantur prophetae. *Filii Amos.* Plerique putant, Amos, qui tertius est de duodecim prophetis, patrem esse Esaiiae ; sed vehementer errant. Diversis quippe apud Hebraeos scribuntur litte-

1 IN ESAIA etc] Ex codd. Veron. XV. 13, foll. 38-42 (=V) et Bruxell. II. 1636, pp. 312-319 (=B) collatis cum edit. Migne P. L. 24, coll. 937-942 (=μ). 5 *In duodecim]* B ; Vμ. om. *in. 9 latissime]* latissimi B. 10 *Ezras]* Vμ ; *Ezdras* B. 11 *iste]* isti B. 13 *non]* suppl. sup. lin. B. 15 *Esaiiae]* V ; *Isaiiae* Bμ. *visio dicitur, quia]* Vμ ; *dicitur visio, qua* B. 18 *Esaiiae]* *aesaiiae* B.

3. *Unus est liber d. p.]* Hieron. Prolog. Comm. in Ioel. enuntiatio duodecim Prophetarum ordine iuxta LXX et hebraicam veritatem, ita prosequitur : ' Et quia semel omnes unius voluminis prophetas enumeravimus ' etc. Neque dissonat Epist. LIII ad Paulinum, n. 8, ubi dicuntur ' duodecim Prophetae in unius voluminis angustias coartati. '

7. *verus est medicus]* Cf. supra III² 337, 14 ' Egregius medicus (Iesus), et verus est archiater. Medicus Moyses, medicus Esaias, medici omnes sancti : sed iste archiater est '. Quam similitudinem Hieronymus sumpsisse videtur ab Origene, in Ieremiam homil. 11, initio.

10. *adiutor]* Lege sis adnot. ad III² 113, 23.

11. *princeps in Babylone]* Ita fere Hieron. in Lib. de Nom. hebr. ubi de Zacharia ; in Commentario autem Ezechielis 19, 1 sqq. Zorobabel ' ex eo quod in Babylone natus est ' nomen accepisse traditur.

16. *unde et Videntes etc.]* Hieron. Comm. in Os. 12, 9 sq. ' Sciamus, inquit, omnem prophetiam in scripturis sanctis appellari visionem... : unde et prophetae ante dicebantur Videntes '. Itemque in Amos 7, 10 sqq. ' Prophetae, ut crebro diximus, prius appellabantur Videntes, quia quae ventura dicebant, cordis oculis intuebantur '.

ris : alius per SADE, alius per SIN. *Quam vidit super Iudaeam et Hierusalem.* Specialiter Esaias ad duas tribus mittitur, Iudam et Benjamin ; et *Hierusalem*, hoc est, ad metropolim duarum tribuum civitatem. *In diebus Oziae, Ioatham, Achaz, Ezechiae, regum Iuda.* Sub istis ergo omnibus, qui regnaverunt in Iuda, prophetia eius extensa est ; etiam in ipso libro 5 repperiemus, quae visio sub quo dicta sit rege. Hoc secundum historiam. Secundum tropologiam autem, intellegendum quia quodcumque ad Samariam et ad decem tribus dicitur, hoc dici contra haereses ; quodcumque vero contra Hierusalem, hoc dici contra ecclesiam. Prima intellegentia tropologiae ista est. Secunda illa : Anima quae erraverit, et de iustitia 10 conruens vitiis subiacuerit, dicitur Efraim, dicitur Samaria ; nam dicitur vaccas sibi aureas construxisse, et refertur ad decem tribus. Porro quicumque adhuc in proposito perseverat, et non in apertam prorupit insaniam, negans esse quod dicitur, et nihilominus vitiis subiacet, corripitur a propheta quasi Iudas, in quo sit vera Dei confessio, et quasi 15 Hierusalem, quod pacem quidem habere videatur : ut ab occultis criminibus se retrahat, ne etiam illi captivitas veniat.

Audite caeli, et auribus percipe terra, quoniam Dominus locutus est.

1 *Iudazam*] V iuxta gr. κατὰ τῆς Ἰουδαίας ; *Iudam* μ. 2 *Beniamin*] corr. ex *ueniamin* V.
 4 *istis*] extrema littera suppl. sup. lin. B. ergo] Vμ. ; enim B. 6 *repperiemus*] BV ;
reper. μ. 7 *tropologiam*] *tropologian* V. quia] BV ; om. μ. ob vitiosam, ut reor,
 constructionem quia... dici : sed conf. supra 67, 16 sq. 'scire debemus quod... titulum non
 habere' ; 73, 9 sq. 'sciens quod... ex voluntate venisse'. 10 *illa*] B ; *alia* Vμ. 11 *con-*
ruens] V ; *corruens* Bμ. *Efraim*] V ; *Effraim* B ; *Ephraim* μ. 12 *Porro*] B ; om. Vμ.
 13 *prorupit*] Vμ. ; *prorumpit* B. 14 *corripitur*] V inser. *autem.* 18 *et*] om. B. *percipe*]
 corr. ex *percipete* V ; *percipite* B. *locutus*] *loquutus* B.

1. *alius per SIN*] Comment. in Is. 1, 1 'Amos autem pater Isaiae non, ut plerique autumant, tertius duodecim prophetarum est, sed alius, diversisque apud Hebraeos scribuntur litteris. Iste primam et extremam litteras habet ALEPH et SADE ; ille AIN et SAMECH' ; Prolog. in Amos 'Amos propheta, qui sequitur Ioelem, et est tertius duodecim prophetarum, non est ipse quem patrem Isaiae prophetae legimus. Ille enim scribitur per primam et ultimam nominis sui litteram ALEPH et SADE... hic vero per AIN et SAMECH.' Ex quo facile deprehendes, Hieronymum et in scriptis ingenii sui monumentis saepe dicta iterasse, et in repentinis orationibus saepius memoriam amisisse : neque

enim aliam rationem verbi SIN heic pro SAMECH positi quaerendam esse putaverim.

2. *Iudam et Benjamin*] Comm. in Is. h. l. 'Ergo Esaias principaliter de duabus loquitur tribubus, Iuda et Benjamin'.

6. *sub quo dicta sit rege*] Ibid. 'Quodque in titulo ponitur, prophetasse eum sub Ozia et Ioatham et Achaz et Ezechia regibus Iuda, non ut in aliis prophetis confuse intellegendum est, ut nesciamus quid sub quo specialiter rege dictum sit : sed usque ad finem voluminis scriptum refertur, quid seorsum sub Ozia, et quid sub Ioatham, et quid sub Achaz, et quid sub Ezechia ei a Domino revelatum sit.'

Quoniam in cantico Deuteronomii scriptum est, eo tempore quo Moyses quasi nubes Domini loquebatur, ' Adtende caelum, et loquar, et audiat terra verba ex ore meo : expectet sicut pluviam sermonem meum, et descendant sicut ros verba mea ', et legem Dei sub his testibus dederat, caelo videlicet et terra, hoc est, omnibus creaturis quae caelo includuntur et terra (ex parte enim totum indicatur *συνεκδοχικῶς*, quod tenetur in partibus : quia omnia includuntur, ut diximus, caelo et terra), quia legem Dei praevaricatus est populus, eosdem rursus testes vocat, sub quibus lex data est ; ut quoniam populus audire contempsit, cunctae audiant creaturae. Audite caeli, et auribus percipe terra. Iuxta historiam, quod dicit hoc est : Quoniam me genus contempsit humanum, et inter cunctas creaturas et elementa quae feci hoc tantummodo rebelle genus est quod repugnat voluntati meae ; propterea etiam inrationabiles quae putantur audiant creaturae, ut magis rationabiles condemnentur.

15 *Quia Dominus locutus est : Filios enutrivit et exaltavit.* Pulchre dixit, Filios enutrivit et exaltavit : non dixit, Filios genui, sicut in vulgari habetur interpretatione ; superfluum enim fuit dixisse, filios genui, cum utique omnis filius genitus sit. Ergo in eo quod dixit, filios, indicavit esse iam genitos. Nunc augmentum facit : quia non omnis, qui generat, et nutrit ; ergo ego et genui, et nutriti. Et non solum enutrisse contentus fui, ut in more animalium et avium suae illos relinquerem passioni, et suo labori dimitterem ; sed quos parvulos enutrieram, magnos quoque, et adultos feci esse maiores : ut quibus vitam dederam, nunc darem etiam gloriam.

1 *Deuteronomii]* deuteronomi V. *scriptum]* scribitum BV. 2 *nubes]* nubis V. 3 *pluviam]* μ . ; *pluvia* BV. 5 *omnibus]* cum omnibus B. *includuntur]* includentur V. 6 *συνεκδοχικῶς]* synecdocicos V. 7 *caelo et terra]* B optime ; *Caelum et terram* V μ . 8 *praevaricatus]* v corr. ex b V. 12 *feci]* fecit V. 15 sq. *Pulchre—et exaltavit]* B ; om. V μ . 16 *habetur]* B ; *habent* μ . 17 *fuit]* B ; om. V μ . 18 *genitus sit]* BV ; *sit genitus* μ . *esse iam]* BV ; *iam esse* μ . 19 *non omnis]* B optime ; V μ . om. *non in more]* V ; item B, sed *in* postea erasum ; *in morem* μ . 21 *suo labori]* V μ . ; *sub labore* B. 22 *dimitterem]* B μ . ; *dimittere* V. *parvulos... magnos]* o ex u corr. B. 23 *feci esse maiores]* B ; *fecisse maiores ait* V ; om. μ . *nunc]* V μ . ; om. B.

4 *verba mea]* Deut. 32, 1 sq.

8. *eosdem rursus testes vocat]* Comm. in Is. h. l. ' Sive quia per Mosen testes vocaverat Dominus caelum et terram, dans populo Israel legem suam, et dixerat *Adtende caelum, et loquar : audiat terra verba oris mei* ; post praevaricationem populi, eosdem rursus in testimonium vocat, ut cuncta elementa cognoscant, iuste Deum in ultionem mandatorum suorum ad iracun-

diam concitatum. '

16. *non dixit, Filios genui]* Ibid. ' *Filios genui et exaltavi...* Pro quo Symmachus et Theodotio ita verterunt : *Filios enutrivit et exaltavi...* Melius est autem iuxta hebraicum legere *Filios enutrivit*, quam *genui*. '

19. *augmentum facit]* quod Hieron. supra III² 2, 18 graeco vocabulo $\alpha\upsilon\gamma\mu\epsilon\tau\omega$ appellat, itemque paulo infra 101, 4.

Ipsi autem spreverunt me. Pro tantis beneficiis vicissitudo contemptus fuit.

Cognovit bos possessorem suum, et asinus praesepe domini sui. Rationabili homini inrationabilia iumenta et pecora comparantur, ut cum illa beneficia senserint, et brutus quoque sensus non ignoret eum cuius 5 beneficia sentit, solum genus humanum condemnetur quod contempsit Deum. Cognovit bos possessorem suum, et asinus praesepe domini sui. Bos qui laborat, qui iugo colla submittit, et multum ex labore suo plus praestat domino quam ipse a domino accipit, tamen intellegit possessorem suum. Asinus quoque praesepe domini sui intellegit beneficia, et 10 locum in quo cibos accipere consuevit libentius videt. *Israhel non cognovit*, subauditur, me; *populus meus non intellexit*, subauditur, nec possessorem nec dominum. Simulque considerate exempla quantam vim habeant. Bos licet cibos accipiat a domino, et asinus praesepe cognoscat, tamen multo plus labore suo praestat dominis, quam ipse a dominis 15 accipit: ego autem cum nulla beneficia hominum habeam, nisi hoc tantummodo si salventur ipsi quos diligo, cum eis tanta praestiterim, et nihil acceperim, pro omnibus beneficiis contemptum solummodo redderunt. Quia ergo tanta perpessus sum, et perdidit filium quem enutrieram, quem exaltaveram, quod possum solum facere facio: plangam 20 perditum et mortuum, quem aegrotantem sanare non potui.

Vae genti peccatrici, populo gravi iniquitate, semini nequam, filiis sceleratis. Mutaverunt nomina. Vae genti peccatrici: quae quondam gens mea dicta est. Populo gravi: peccatis enim gravibus praegravati sunt. Semini nequam: non meo semini, secundum quod alibi dictum est 'Et 25 in semine tuo benedicentur omnes gentes.' Filiis sceleratis: nequaquam meis filiis, statim enim ut peccare coeperimus, cum conditione peccati et filiorum nomen amittimus. *Dereliquerunt Dominum*: quasi sequentem. In singulis verbis singuli sensus sunt. Cum omnia fecerint, cum cuncta

1 contemptus] B; contentus V. 5 brutus] BV; μ mutavit in *brutorum*. 8 submittit] summittit B. 12 subauditur, nec] ante nec in B me additum et erasum. 13 considerate] B; considerat μ . 14 asinus] V μ repet. licet. 15 praestat] BV; praestant μ . ipse] V, e corr. ex i B; ipsi μ . 16 accipit] BV; accipiant μ . hoc] B; haec μ . 17 si] V μ ; ut in rasura B. 19 tanta perpessus] tantum percussus B. enutrieram] enutrieram B. 24 praegravati] praegravati V. 25 Et] om. B. 26 in] In in rasura B. 27 conditione] conditione V. 28 Dereliquerunt] dereliquerunt V, et iterum post pauca, quasi sequentem. In singulis verbis singuli sensus sunt] B optime; quasi sequentem in singulis viis (viris V). Singuli sensus sunt μ .

26. gentes] Gen. 22, 18.

29. In singulis verbis singuli sensus

sunt] Cf. III² 62, 19 'In singulis verbis sensus sunt'.



sclera perpetraverint, tamen ego non dimisi eos, sed expectavi ut aliquando ad me reverterentur; illi autem stantem me et pandentem manus ad paenitentiam eorum dereliquerunt. Et non eis sufficit quod dereliquerint (videte αὐξήσιν peccatorum), sed etiam *blasphemaverunt*
 5 *Sanctum Israhel, abalienati sunt retrorsum*: id est, hoc coeperunt esse quod ante fuerant, antequam meo nomine censerentur.

Super quo percutiam vos ultra addentes praevaricationem? Poena ad hoc infertur a Domino, quasi a vero medico, ut per cauteria et mordacem pulverem sanitas subsequatur. Ergo quod dicit hoc est: Multa emplastra
 10 adposui, diversis medicaminibus curare vos volui, non invenio genus remedii, cum vestra cotidie aegritudo succrescat: non solum, inquit, non sanamini a prioribus vitiis, sed et me curare volente priora peccata, nova adponitis vulnera. *Super quo percutiam vos ultra?* Quasi dubitantis verba sunt: hoc est, in quo vos sanem? Quia enim plaga Domini ad hoc
 15 percutit ut emendet, ad hoc castigat ut sanet, dicit, *Super quo percutiam?* hoc est, quasi, *Quod vobis inponam emplastrum, addentes praevaricationem*: cum cotidie novis peccatis vetera copuletis?

Illud autem quod paulo ante diximus, prophetas esse medicos spirituales, et quasi totum genus curare morborum, nunc manifestissimo
 20 [monstratur] exemplo. Videte enim scriptura quid dicat. *Omne caput languidum, et omne cor moerens: a planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas: vulnus, et livor, et plaga tumens*. Omne caput languidum, et omne cor moerens. Frequenter admoneo, ut in prophetis verba singula consideremus; idcirco enim secundum historiam inperitis utilitas non
 25 non videtur, quia non intellegunt quod dicitur. Omne caput languidum, et omne cor moerens. Si quis aegrotaverit, vel difficillimo morbo corporis oppressus fuerit, habuerit autem animam laetiolem, infirmitas corporis laetitia animi sustentatur. Rursus si aliquis moerorem habuerit, et

2 *pandentem*] *expandentem* B, ex initio lineae additum. 4 *dereliquerint*] B; *dereliquerunt* μ. αὐξήσιν] B; *auxesin* μ. *blasphem.*] *blasphem.* V. 5 *Israhel*] *Srahel* V. *retrorsum*] *retrosum* V. 7 *ad hoc*] *adhuc* B. 8 *a vero medico*] *a viro m.* B. 9.16 *empl.*] V, *hempl.* 2^a m; *impl.* B. 12 *me curare volente*] V; *mea cura revolente* B; *mea cura revolente* μ. *pessime.* *nova*] *vos* B. 17 *novis*] *nobis* V. 20 *monstratur*] *supplevi* ex coniectura; *curatur* BV, repetito scil. ex oscitantia verbo membri praecedentis; quapropter adsentire nequeo Scip. Maffeo, *cernatur* legendum esse adnotanti. *scriptura*] *scribit.* B. 21 *moerens*] *maerens* V fere constanter. 22 *livor*] *libor* V. 23 *admoneo*] *ammoneo* B. 26 *vel*] *et* B. 26 *corporis*] B; *corpores* V, s expuncta; *corpore* μ. 27 *oppressus*] *oppresus* V. 28 *animi*] om. μ.

28. *laetitia animi sustentatur*] Comm. aegrotationem corporis accedat aegritudo animi, duplicatur infirmitas.'
 in Is. 1, 5 'Animi laetitia interdum dolorem corporis mitigat: quod si ad

dolorem cordis, et diversas tribulationes, robustum autem corpus, inbecillitatem animae sanitas corporis sustentat. Cum autem et corpus in aegrotatione est, et anima in dolore, nulla possunt subvenire remedia. Hoc est ergo quod dicitur, Omne caput languidum, et omne cor moerens. Simulque considera, quia principali animae, hoc est cordi, corporis com-
paraverit principale, id est caput. In capite omnes sensus sunt : ceteris
membris truncatis vivere animal potest, truncato capite vita omnis
aufertur. Et non dixit, omne caput amputatum : superfluum enim erat
cetera membra describere et morbos reliquorum artuum, si amputatum
dixisset. Languidum ergo dicit, ut et in descriptione membrorum cete-
rorum habeat locum. *A planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas.*
Totus aegrotat Israhel : ne unus quidem vir sanctus inveniri potest,
quasi in corpore membrum aliquod quod sanum esse videatur. Si enim
esset in toto corpore aliquid quod sanum esset, ex unius sanitate etiam
cetera medelam trahere viderentur. *Vulnus, et livor, et plaga tumens.*
Vulnus, peccata recentia : livor, antiqua scelera : plaga tumens, incoctum
est et vetus delictum, quasi quodam pure parturiens. *Non est circumligata,
nec curata medicamine, neque fota oleo.* Non quo haec Deus non fecerit :
fecit haec omnia, et sine causa missi erant prophetae, si ista non fecissent :
sed, quia non est sanitas subsecuta, quodammodo videntur non facta
esse quae facta sunt.

Secundum tropologiam, *Audite caeli, et auribus percipe terra :* hoc est, et vos qui sancti videmini, et vos qui peccatores, pariter audite. *Filios enutrivisti et exaltavisti : ipsi autem me spreverunt.* Deus filios homines habere dignatus sum : enutrivisti eos et magnificavisti, ut de servis amicos dicerem : ipsi autem spreverunt me, hoc est per peccata sua, et certe cum nullam

4 quod] V μ . inser. nomen *medicamine*. ex loco adlato inferius lin. 18 forte anticipatum.
7 animal] B ; anima μ . 8 enim] om. B. 9 describere] *descri.* V. morbos reli-
quorum] μ . ; morborum liquorum B ; morborum relinquorum V. 10 *descript.*] *describt.* V ;
discribt. B. 13 quod] om. B. 15 cetera medelam] *cetere medella* V. 17 est et] V ;
B μ . om. *est.* delictum] *i* ex *e* corr. V. quodam] alteram *d* sup. lin. add. B. pure]
puri B. 18 Non quo] BV ; Non quod μ . Deus] *ei* sup. lin. inser. B. 19 haec
omnia] B ; enim omnia V μ . 20 subsecuta] *subsequuta* B. 23 videmini] *vidimini* V.
25 sum enutrivisti] *sum et nutrivisti* B. de servis] *de servos* V. 26 hoc est] V ; μ . om. *est.*

5. *principali animae, hoc est, cordi*] Hieron Epist. 64, 1 'Quaeritur ubi sit animae principale. Plato in cerebro, Christus monstrat in corde'; Comm. in Matth. 15, 19 sq. 'Ergo animae principale non secundum Platonem in cerebro, sed iuxta Christum in corde

est.' Conf. etiam supra III¹ 16, 17 et III² 397, 28.

6. *principale i. e. caput*] In Is. h. l. 'Inter ipsos quoque sensus et omnia membra corporis principalem locum obtinet caput, in quo visus et odoratus, auditus et gustus est'.

meam duritiam senserint. Et prudenter dixit, spreverunt. Nemo spernitur, nisi cuius nimia bonitas est: ergo et illi, clementiam et mansuetudinem meam inbecillitatem interpretantes, spreverunt quem timere et amare debuerant. Et proponit exemplum, quod supra diximus, de bove et asino.

5 Hoc autem totum interpretamur in sanctis, qui per peccata sua a Domino recesserunt, quod multo deteriores sint brutis animalibus: illa enim, non habentia tanta dominorum et possessorum beneficia, nihilominus a domino non recedunt: et bos enim cum vapulaverit, et asinus cum a domino fuerit indagatus, non sentit plagas, sed beneficiorum tantummodo

10 recordatur; et cum viderit dominum, adludit, et laetitiam mentis quibuscumque potest gestibus indicat: Israhel vero, hoc est anima videns Deum, me cognoscere noluit.

[IN ESAIAM VI, 1-7.]

Et factum est, anno quo mortuus est Ozias rex, vidi Dominum Sabaoth

15 *sedentem super thronum excelsum et elevatum: et Seraphin stabant in circuitu eius: sex alae uni, et sex alae alteri.* Videamus quid de hoc loco Esaiiae prophetae vir, ut putant, eruditissimus senserit. Oziam regem fuisse Iudaeae sacra scriptura commemorat. At Origenes: 'Non poterat, inquit, Esaias propheta cernere visionem, nisi ei fuisset Ozias rex mortuus.' Quod nos nequaquam recipimus; siquidem vivente Ozia ante hoc

20 capitulum multa Esaiam vidisse legimus, sicut ipsius prophetae testatur

1 *senserint]* *senserit* V. *Nemo]* *enim* sup. lin. add. B. *spernitur]* BV; *spernit* μ .
 2 *illi]* B; *illius* μ . 5 *in sanctis]* optime BV; *in scripturis* μ , et absque codicum auctoritate
 add. *de eis.* 6 *multo]* *multe* V. 7 *habentia]* *habentium* V. *nihilominus]* corr. ex
nihil omnibus V. 9 *indagatus]* scripsi, iuxta cod. B; *indignatus* μ ; item V, sed *a* ex *ti*
 correctae et *tu* sup. lin. suppleto. 11 *indicat: Israhel]* *indicatis israhel* B; *indicat srahel* V.
 12 *noluit]* *EXPLICIT DE AESAIA PAUCA CAPITULA* V; *EXPLICIT FELICITER* B. Veronenses vero editores add. *etc.* Et in nota: 'Abunde satis haec sint ad internoscendum consarcinatoris ingenium. Cetera nec operae pretium est persequi.' Prudenter id quidem, cum nihil omnino amplius in codice habeatur! 13 *IN ESAIAM]* A cl. Ambrosio Amelli nuperrime luce donatus (=a) ex mss. Casin. 342 et 345 (=C); deest inscriptio in codd. 17 *vir ut]* scripsi; *ut rut* cod. 342; *ut ut a.* 21 *Esaiam]* *esaya* cod. 342.

9. *indagatus]* Hieron. Vita Hilarion. n. 5 'Ego, inquit, aselle, ... per aestus indagabo et frigora'. Idem verbum eodem fere sensu ex antiqua translatione Danielis 2, 44 a Victorino Pettabionensi episcopo et martyre adhibitum esse animadverti in fragmento Comment. in Apoc. a cl. Io. Haussleiter nuper edito (Theolog. Literaturblatt 26 april. 1895,

p. 197, l. 30 sq): 'Et regnum hoc alia gens non indagabit: namque dominus *percutiet et indagabit* universa regna'; quo quidem loco apud LXX habetur $\lambda\epsilon\pi\tau\omega\epsilon\acute{\iota}\ \kappa\alpha\iota\ \lambda\iota\kappa\mu\acute{\eta}\sigma\epsilon\iota$.

16. *alteri]* Is. 6, 1 sq.

19. *rex mortuus]* Cf. primam Origenis homil. ex translatione Hieronymi, ap. Migne 24, 937 A.

of Victorin 1512 49 p 84. 150

exordium, dicens : ' Visio quam vidit Esaias filius Amos propheta, quam vidit contra Iudaeam et contra Hierusalem in diebus Oziae Ioatham et Achaz et Ezechiae regum Iuda. ' Quomodo ergo Origenes adserit, non potuisse Esaiam videre visionem, nisi ei mortuus fuisset Ozias rex, cum perspicue antequam Ozias moreretur Esaias coeperit prophetare? Et 5 idem ait ' Audi caelum, et auribus percipe terra, quia Dominus locutus est', exponens quae et post visionem Dominus sit locutus. Nec negatur quod Ozias rex peccator fuerit : sed hoc quaerimus, quomodo propter regem peccatorem sanctus propheta visionem Dei videre non potuerit? Igitur in consequentibus idem Origenes, Oziam regem allegorice interpretans, 10 inter cetera etiam hoc intulit : ' Talem regem et principem animae oportet mori, ut possimus Dei cernere visionem. Neque enim frustra scriptum est, *Factum est in anno quo mortuus est Ozias rex, vidi Dominum Sabaoth*. Unicuique nostrum ut vivit Ozias, vivit Farao, sed quamdiu Aegyptia opera facimus, et non ingemiscimus : si autem mortuus nobis 15 fuerit Farao, statim dolorem gemitu protestamur, sicut in Exodo scriptum est. In hunc modum quamdiu vivit Ozias, non possumus Dei cernere visionem. ' Cum haec ita disserat, non tam pertinaces sumus, ut allegoriam, si pia sit, et de veritatis fonte ducatur, refutandam putemus; ita dumtaxat, si non sit contraria veritati, non pervertat historiam, si 20 sensum scripturae sanctae sequatur, et non voluntatem perversi interpretis scripturarum praeferat auctoritati. Dicamus igitur et nos Origeni, qui allegoriae nubilo universa confundit : Non sic divinatio tua, non sic. Historia enim pro qualitate temporum quae gesta sunt narrat, et legentes exemplo sui provocat sequi optima et vitare contraria ; porro allegoria 25 quasi quibusdam gradibus per historiam ad excelsa conscendit, ut sublimior sit, non contraria. Denique beatus apostolus Paulus exponens sacramenta Adam et Evae, non negavit plasmationem eorum, sed super

1 propheta] cod; prophetae α, nescio quare. 2 Ioatham] loathan α. 11 animae] ante me cod. 342. | me oportet mori] ab his incipit cod. 345, quocum codex 342 parum ultra progreditur. 14 ut vivit] utui- | uiuit cod. 342. 19 allegoriam]—ia C. 21.22 script.] scribit. C. 26 gradibus] gravibus C. 28 Evae] Eva C.

3. Iuda] Is. I, I.
6. locutus est] ibid. 2.
18. visionem] Origen. ab Hieronymo transl. loc. cit. 937 A. B.
22. scripturarum praeferatauctoritati] Suggestit Amellius Hieron. epist. 98, n. 19 : ' qui auctoritati scripturarum Origenis praeferunt deliramenta'.
23. allegoriae nubilo] Idem Amellius

simile quiddam apud Hieron. notavit epist. 84, n. 2 : ' Allegoriae nubilum serena expositione discutitur'.

28. superfundamentum historiae] Idem vir. cl. ad Hieron. Comm. in Is. lib. 6, prolog. nos revocat, ubi scribitur ' superfundamenta historiae... spiritale extruerem aedificium'.

fundamentum historiae spiritalem intellegentiam aedificans, ait : ' Propter hoc relinquet homo patrem suum et matrem suam, et adhaerebit uxori suae, et erunt duo in carne una. Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo et in ecclesia.' Et alibi, cum ex historia antiquissima proferret exemplum, in qua scriptum est, quomodo ad Moysi virgam de petra aqua eruperit, ut sitiens populus biberet, sic aptat intellegentiam spiritalem : ' Bibebant inquit, ex spiritali sequente eos petra ; petra autem erat Christus.' Apertissimam enim historiam nequaquam negat, et ea quae gesta sunt ad excelsiorem intellegentiam trahens sic erigit culmen, ut fundamenta non subtrahat. Si in hunc modum Origenes allegorias quaereret, et nos libenter haberemus ; sed quia sic aedificat mendacium ut destruat veritatem, refutamus eius explanationem.

Consideremus ergo quid dicat : ' Non poterat cernere visionem propheta, quamdiu vivebat Ozias.' Et allegorice interpretans statim infert : ' Oportet principem animae Oziam primum mori, ut sic propheta cernat visionem.' Quid ergo dicemus ad id quod Esaias loquitur : *O miser ego, quoniam compunctus sum, quoniam cum sim homo, et immunda labia habeam, in medio populi immunda labia habentis ego habito, et regem Dominum Sabaoth vidi oculis meis?* Si enim immunda habebat labia, quomodo in huius anima mortuus erat rex Ozias, ut cerneret visionem ? In tantum autem et sua et populi labia confitetur immunda, ut postea se dicat purgationis gratiam consecutum. Sequitur enim : *Et missum est ad me unum de Seraphin, et in manu habebat carbonem, quem forcipe tulerat de altari. Et tetigit os meum, et ait: Ecce tetigit hoc labia tua, et auferet iniquitates tuas, et peccata tua purgat.* Nec ante iniquitates eius ablatae

5 *Moysi*] scripsi ; *Moysse* C ; *Moysis* α.
et] pro sed? 12 *destruat*] *destruhat* C.
gr. ἀφελῆϊ ; *aufert* α ; *auferes*, s sub rasura C.

7 *sequente*] *sequenti* C. 9 *negat*] *negant* C.
16 *Oziam*] *Ozias* C. 25 *auferet*] scripsi,

4. *in ecclesia*] Ephes. 5, 31 sq. Adserit Hieronymus (Comment. ad h. l., Migne 26, 568 C) Apostolum, pro *patre suo* et *matre sua*, pronomina abstulisse, et *patrem* tantum posuisse et *matrem*, insuper verba *et adhaerebit uxori suae* penitus praetermississe. Sed haec quidem ibi ille anno fere 387 Origenem secutus ; ceterum sex circiter post annos adversus Iovinianum ita scribit I, 16 : ' Hoc ipsum interpretetur Apostolus : *Propter hoc relinquet homo*

patrem et matrem suam, et adhaerebit uxori suae, et erunt duo in carne una. Statimque subiungit : *Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo et in ecclesia*'. Non est igitur, cur S. Doctorem nostro tractatori opponas.

8. *Christus*] 1 Cor. 10, 4.

11. *libenter haberemus*] Cf. supra III² 181, 24 : ' Angeli libenter habent praedicari eorum creatorem'.

20. *meis*] Is. 6, 5.

26. *purgat*] ibid. 6 sq.

sunt et peccata mundata, quam cerneret visionem. Quomodo ergo iuxta Origenis allegoriam Ozias princeps animae eius mortuus erat, qui adhuc labia post visionem habebat immunda, quippe cum postea iniquitates eius ablatae sint, et peccata mundata? Apparet enim Dominus etiam peccatoribus, ut eos retrahat a peccatis. Nam et sanctus Paulus cum 5 esset adulescens et vastaret ecclesiam, et acceptis adversum apostolos litteris in eorum sanguinem desaeviret, apparuit ei Salvator, et locutus est: 'Saule, Saule, quid me persequeris?' Sed et Nabuchodonosor rex Chaldaeus, cum in fornace ignis tres pueri deambularent, vidit quartum in medio eorum, et ait: 'Nonne tres pueros misimus in medium ignis 10 ligatos? Et quomodo ego video quatuor viros solutos, et ambulantes in medio ignis, et corruptio non est in eis, et visio quarti similitudo filii Dei?' Moses quoque, qui nutritus in Aegypto est, et eruditus omni Aegyptiorum sapientia, vidit visionem ardentis rubi, qui non comburebatur; cumque dixisset 'Transiens videbo visionem hanc magnam', 15 Deus prius locutus est ad eum: 'Mosi, Mosi, ne propinques huc, solve calciamentum de pedibus tuis: locus enim in quo stas, terra sancta est'. Qui eruditur deinceps, ut post visionem Dei gracilis vocis et linguae tardissimae esse se dicit, id est indignum ministerio verbi Dei, pro quo ad populum mittebatur. In hunc ergo modum clementissimus Deus et 20 Esariae, iuxta quod homo videre poterat, se offert videndum; et idcirco post visionem propheta loquitur: *O miser ego, quoniam compunctus sum. Nam cum homo [sim], et immunda labia habeam, in medio populi immunda labia habentis habito, et regem Dominum Sabaoth vidi oculis meis.* Nihilque est aliud quod propheta commemorat, nisi hoc: Cum peccator sim et 25 plenus iniquitatum, vidi Dominum sedentem super thronum excelsum

1 *iuxta*] *iusta* C. 6 *apostolos*] *apostolis* C. 16 *prius*] legendum esse conicio; *prius* C.
Mosi, Mosi] gr. Μωυση, Μωυση; *Mosy, Mosy* C. 19 *dicit*] Mercati coniecit *dicat*.
 23 *sim*] om. C. 24 *Nihil... aliud*] *Nichil... aliut* C.

8. *persequeris*] Act. 9, 4.
 13. *Dei*] Dan. 3, 91 sq. Obicit vir eruditissimus Io. Mercati (Rev. Biblique X, 389), haud parum discrepare verba haec commemorata ab iis quae leguntur in Commentario Danielis P. I. 25, 534 sq. Neque id negamus: sed nodus facile expediatur, ubi animadverteris, Danielis exemplum in Commentario secundum « hebraicam veritatem » ipso monente Hieronymo proferri, hic e contrario iuxta antiquam translationem

ex graeco memoriter praestringi, quod illi « cotidie in conventu fratrum scripturas edisserenti » solenne erat. (Contra Ruf. II, 24 et 27).

15. *magnam*] Exod. 3, 3.
 17. *sancta est*] ibid. 4 sq.
 20. *clementissimus Deus*] Cf. supra III² 72, 32 'O clementissimus pater' et locum Comment. Is. ibi in nota laudatum.
 24. *meis*] Is. 6, 5.

et elevatum. Quin rebus probatur, Origenis allegoriam nec elegantiam habere nec veritatem : non enim, ut ille testatus est, princeps animae eius mortuus est, et sic vidit visionem Dei, cum post visionem inmunda labia se habere testatus sit. Sive igitur iuxta historiam, sive iuxta alle-
 5 goriam, mentitus esse convincitur. Vivo enim Ozia vidit Esaias visionem contra Iudaeam et Ierusalem, sicut scriptum legimus ; et eodem anno quo mortuus est Ozias, vidit aliam visionem. Porro iuxta allegoriam sic errasse deprehenditur. Quomodo enim mortuus erat princeps animae eius Ozias, cum adhuc labia haberet inmunda ? Si autem illi non erat
 10 mortuus qui labia habebat inmunda, quomodo morietur et nobis quando viderimus visionem, si post visionem adhuc labia habuerimus inmunda ? Est autem sensus perspicuus, iuxta illud quod Paulus scripsit : ‘ Cum ergo adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est ’. Et de Esaias dicimus similiter : si adhuc labia habebat inmunda, et necdum ei
 15 mortuus erat Ozias, quem Origenes interpretatur principem animae prophetalis, vidit Esaias non ex suo merito sed ex clementia Salvatoris visionem ; et licet eum inmunda labia prohiberent ne videret divinam magnificentiam, tamen misericordia Creatoris sui videndam se offerebat, quae idcirco apparet peccatoribus, ut peccata eorum auferat.

20 Cessent ergo Origenis tendiculae, et veritas superet, adversum quam rursus loquitur : ‘ Duo vidi Seraphin : in utroque erant senae alae : duabus tegebant faciem, non suam sed Dei, et duabus tegebant pedes, non suos sed Dei, et duabus volabant. ’ In hoc quoque loco arguitur suum posuisse sensum, qui semper novitatibus gaudet, et erubescit dicere quod omnibus
 25 pateat. Neque enim Dei faciem, iuxta quod Deus videri potest, duabus alis operiebant Seraphin, ut ille confixit ; sed suam, ut prophetae ostenderent Dei faciem, iuxta id quod Deus est, mortalium oculis non videri. Unde et Moyses cum loqueretur ad Dominum : ‘ Ostende te mihi manifeste, ut videam te ’ audit ab eo : ‘ Nemo videbit faciem meam, et vivet. ’

6 *sicut scriptum legimus*] scripseram, in quo Iohannem Mercati mihi adsentiri cognovi ; *sicut scriptum est. Legimus* C. 15 *animae prophetalis*] scripsi ; *prophetantis* α, qui in C legi adserit *prophetalis*. Cf. infra 109, 13. 17 *videret*] *viderent* sub ras. C. *divinam magnificentiam*] *divina magnificentia* C. 21 *vidi*] α inter errata ; *vidit* C. 23 *arguitur suum*] *arguit ursuum* C. 25 *enim*] *ei* C. 27 *Deus*] C ; α mutavit in *Dei*.

13. *mortuus est*] Rom. 5, 8.
 15. *animae prophetalis*] et infra 109,
 13 *desiderio prophetalis*. — Hieron.
 Ep. 96, 3 ‘ prophetale vaticinium ’ ;
 ibid. n. 9 ‘ prophetalis sermo ’ etc.
 20. *Cessent ergo Origenis tendiculae*]
 Hieron. Ep. 98, 6 ‘ Cessent Apollinaris

discipuli... ’ ; ibid. n. 8 ‘ Sed cessent illi a novorum... ’ ; ibid. n. 2 ‘ haereticorum... tendiculas declinantes ’ etc.
 23. *volabant*] Cf. Migne 24, 939 B.
 29. *videam te*] Exod. 33, 13.
vivet] ibid. 20.

Quibus dictis docetur cupiditati suae modum ponere, et fragilitatis propriae nosse mensuram. Sed et Iohannes clamat : ' Deum nemo vidit umquam ; Unigenitus Deus, qui est in sinu Patris, ipse narravit. ' Cuius sententiae definitio non homines tantum, sed omnes rationabiles creaturas et quicquid extra Deum est docet Deum videre non posse iuxta 5 id quod Deus, sed iuxta id quod se creaturis suis dignanter ostendit. Quas ob causas et sanctus Paulus ait : ' Regi autem saeculorum incorruptibili invisibili soli Deo honor et gloria. ' Quando dicit invisibilem Deum, non aliis visibilem et aliis invisibilem esse significat : quicquid enim invisibile est, a nullo videri, sed invisibile est omnibus, ut invisibilis 10 Dei natura servetur. Cui sensui et illud testimonium congruit : ' Qui solus habet immortalitatem, et lucem habitat inaccessibilem ; quem nullus hominum vidit umquam, nec videre potest '. Verbum inaccessibile [...] Ergo Seraphin suam operiebant faciem, non Dei : quia nulla creatura, sive visibilium sive invisibilium, divinam potest comprehendere magni- 15 tudinem.

In consequentibus quoque non utile adserit : ' Duo Seraphin operiebant Dei pedes. ' Si enim faciem illius et pedes Seraphin operiunt, maiora

10 *videri*] *α* inter uncinos suppl. *potest*. 11 *Cui sensui*] *α* ; *cui sensu* C. 12 *habitat*] *abitat* C. 13 *Verbum inaccessibile...*] Aliqua hic desiderari suspicor, uti profecto desiderantur infra, ubi ' de tabernaculo in ty..... factum erat '.

3. *narravit*] Io. 1, 18. Utrumque locum in Commentario quoque Isaiae 6, 1 adlatum notat Amellius. Quod idem accidit in Dialogo contra Pelag. III, 12 : ' Audit (Moyses) a Domino, *Non potes videre faciem meam ; non enim videbit homo faciem meam, et vivet...* Et Iohannes evangelista sacra voce testatur, dicens, *Deum nemo vidit umquam ; Unigenitus Filius qui est in sinu Patris ipse narravit*'. Quod autem hic legitur *Unigenitus Deus*, non *Filius*, id quidem minime neglegendum, praesertim cum absolute dixerit recentissimus Novi Testamenti latini editor Io. Wordsworth, p. 509, ' *unigenitus Deus* apud Latinos NUSQUAM apparere nisi apud Iren. p. 256 '. In graecis vero exemplaribus praedicta lectio tantam habet auctoritatem, ut eam in textum recipere Westcott et Hort non dubitaverint.

7. *incorruptibili invisibili*] 1 Tim. 1, 17 item ex graeco ἀφθάρτου ἀόρατου.

Cf. Hieron. ep. 18, n. 17 : ' Siquidem ipse Deus invisibilis et incorruptibilis...'

13. *potest*] 1 Tim. 6, 16. Referendus animus ad Dialog. c. Pelag. III, 12 ubi inter exempla ex Exodo et Iohanne superius iam exhibita hoc quoque S. Pater commemorat : ' Unde et apostolus invisibilem solum Deum, qui et lucem habitat inaccessibilem, et quem nullus hominum viderit, neque possit videre, appellat. '

14. *non Dei*] Quod nunc nimio studio concitatus infitiat orator, anno 381 in ep. 18 haud cunctanter probaverat ; itemque anno 392 in Comment. Abacuc 3, 1 aperte describit ' duo Seraphin... in Isaia velantia caput et pedes Domini '. Demum an. circ. 410 in Comment. Isaiae 6, 2 animo iam aequiori utramque interpretationem ' iuxta hebraei sermonis ambiguitatem ' admitti posse concedet.

erunt Deo, cuius, ut ita dicam, summum ultimumque operiunt. Quod nequaquam ita accipiendum est, ne Seraphin Deo maiora credamus; quod Origenes licet sermone taceat, consequentibus loquitur. Omne enim quod aliud [operit], maius est eo quod operit; et quicquid operitur, 5 minus est eo quo operitur. Ad quod ille, quid diceret nesciens, impietate pervenit. David quoque incircumscriptum asserens Deum, mystica voce decantat: 'Quo ibo ab spiritu tuo, et a facie tua quo fugiam? Si ascendero in caelum, tu illic es; si descendero in infernum, ades. Si assumpsero pinnas meas deluculo, et habitavero in extremis maris. Etenim manus 10 tua illuc deducet me, et tenebit me dextera tua.' Unde et sanctus Paulus loquitur de Mosi: 'Invisibilem enim quasi videns expectabat.' Iuxta quem sensum et Seraphin extrema Dei, quae spiritaliter appellantur pedes eius, non operiunt; sed suis gressibus et desiderio prophetali inponunt modum, ne ultra velint tendere, quam creaturarum fragilitas 15 patitur. Unde suos operiunt pedes, ut plus quam Deus se vult intellegi, scire non cupiant. Dicit etiam: *Seraphin stabant in circuitu eius*. Stare ea indicat, et in sua manere mensura, ne ad maiora festinent. Unde et mediis alis volabant, ut mediocritate contenta sint volatus quae additur; ut humilia relinquentes, de Deo quae excelsa sunt cogitent. Omnipotentem autem esse Deum qui maiestate sua cuncta continet, et publica 20 mortalium vox est, et propheta testatur dicens: 'Operuit caelos virtus eius.' Ante quem Salomon aliis verbis eundem exprimit sensum: 'Gloria Dei abscondit verbum.' David quoque de Deo similia sentiens: 'Posuit, inquit, tenebras latibulum suum.' Unde ostenditur incomprehensibilem esse et invisibilem Deum. Etiam Esaias, qui ante dixerat *Vidi Dominum*

4 *operit*] post *aliud* suppl. α; om. C. 5 *diceret*] α; *dicere* C. 9 *habitavero*] *abero* C.
 11 *de Mosi: Invisibilem*] scripsi: *de Mosyn visibilem* C; *de Mosyn: Invisibilem* α. 18 *contenta sint volatus*] *contentas in tuo latus* C. 23 *de Deo*] conieci; *et Deo* α. Cf. inter errata editionis Amellianae ad n. 7 *et Seraphin* pro *de Seraphin*. 24 *ostenditur*] recte suspicatus est Io. Mercati; *adtenitur* α, qui quidem adnotat in C legi *tenditur*, spatio vacuo relicto pro duabus litteris.

3. *quod Origenes licet sermone taceat, consequentibus loquitur*] Mira verborum similitudo cum epistula 98, n. 15: 'Quod licet sermonetaceat (Origenes)... tamen ipsa dicere necessitate compellitur, quae prioribus dictis ordine neccit sequentia.' Cf. etiam Dialog. c. Pelag. I, 19: 'Quod licet non dicatis, ... tamen aliis verbis loquimini.'

4. *maius est eo quod operit*] Hieron. in Abac. 3, 4 'Nosse debemus, minus esse quod operitur ab eo quod operit...

Cum ergo virtus Dei operiat caelos, maior est caelis virtus eius, qua operiuntur caeli.'

5. *quid diceret nesciens*] Item ep. 98, n. 14 'Simili errore deceptus, et nesciens quid loquatur...'

10. *tua*] Ps. 138, 7-10.

11. *expectabat*] Hebr. 11, 27.

16. *eius*] Is. 6, 2.

21. *virtus eius*] Abac. 3, 3 iuxta LXX.

23. *verbum*] Prov. 25, 2 item graece.

24. *suum*] Ps. 17, 12.

Sabaoth sedentem super thronum excelsum et elevatum, in consequentibus loquitur *Et domus inpleta est fumo*, ut inconprehensibilem Deum et inaccessibleem demonstraret; quo scilicet tenebris et caligine circa eum involuta sint omnia, licet appareat his quos erudire voluerit, sicut ipse dignatur. Quod et sanctus Paulus intellegens ait: 'O profundum divi- 5
tiarum et sapientiae et scientiae Dei! Quam inscrutabilia iudicia eius et investigabiles viae illius! Quis enim cognovit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit? aut quis dedit ei, ut retribuatur illi? Quia ex ipso, et per ipsum, et in ipso sunt omnia.' Si autem in ipso sunt omnia, et Seraphin sunt; et licet aliis creaturis maiora videantur, tamen Deus ab 10
eis operiri non potest, sed et ista et omnes alias creaturas maiestas divina circumdat. In eo enim quod dicitur 'O profundum divitiarum sapientiae et scientiae Dei!' inconprehensibilitas illius demonstratur. Cumque idem apostolus Paulus scribit in alio loco 'Credere oportet accedentem ad Deum quia est', non posuit quis et qualis sit debere cognosci, sed tan- 15
tum quod sit. Scimus enim esse Deum, scimusque quid non sit; quid autem et qualis sit, scire non possumus. Quoniam bonitatis est atque clementiae descendente ad nos, ut aliqua de eo aestimare valeamus, esse eum sentiamus beneficiis: qualis autem sit, propter profundum interiacens nulla potest intellegere creatura; et, ut pressius aliquid loquar, 20
quid non sit Deus novimus, quid autem sit scire non possumus. Non quo aliquid habens, postea habere desierit; sed quo id, quod nobis iunctum est per naturae fragilitatem, ille non habeat: verbi gratia, aut mutabilis ut corpus, ut aliquo indigeat, ut humanis pateat aspectibus, et si qua sunt alia, quibus creatura subiecta est. Quae cum a Deo facta sit, sapientia 25
eius et ratione perfecta est. Neque enim, ut quidam philosophorum putant, absque providentia fortuito cuncta esse coeperunt: quia quicquid fortuitum est, non habet ordinem atque consilium; quod ex arte descendit, quae apparet in cunctis, et artificis prudentiam suo declarat intuitu, non

6 et sapientiae] Cx, iuxta graec. Rom. 11,33 καὶ σοφίας.

8 aut quis d. e. u. retribuatur

illi.] 1 m. in ras. C.

15 se.] et C. Cf. supra 105, 9.

16 quid autem] quit autem C.

19 esse] C; et esse x.

23 aut mutabilis ut corpus] Cx; legendum suspicor ut mutabile sit

corpus, saltem aut in ut esse mutandum.

1. elevatum] Is. 6, 1.

2. fumo] ibid 4.

9. omnia] Rom. 11, 33-36.

15. quia est] Hebr. 11, 6.

26. ut quidam philosophorum putant] Hieron. in Eccles. c. 9. Migne 23,

1138 C: 'Et haec, inquit, aliquis loquatur Epicurus, et Aristippus, et Cyrenaici, et ceterae pecudes philosophorum. Ego autem mecum diligenter retractans, invenio, non, ut quidam male aestimant, omnia fortuito geri.'

solum in opere, sed et in consilio operis atque ratione. Lucet itaque in omnibus creaturis Dei sapientia, nihilque quod factum est absque causa et utilitate factum est. Ipsa quoque utilitas habet in se pulchritudinem, et pulchritudo utilitate decoratur; unaque elementorum materies di-
 5 versas accipit formas, ut in singulis speciebus Dei providentia cognoscatur. Quod considerans, in laudes Dei psalmista prorumpit dicens: 'Mirabilia opera tua, et anima mea cognoscit nimis.' Et propheta ei adsentiens loquitur: 'Consideravi opera tua, et expavi.' Illud quoque quod scriptum est 'Ecce omnia bona valde', non fortuito processisse significat crea-
 10 turam, sed Dei cuncta facta consilio atque sapientia, ut et species et pulchritudo et incredibilis consonantia in omnium creaturarum diversitate noscatur. Beatus propheta 'Caeli, inquit, enarrant gloriam Dei': non quod caeli os et linguam et arterias moveant ad clamandum; sed quod ex sua consonantia et perpetua servitute Creatoris indicent volun-
 15 tatem. Ex magnitudine enim et pulchritudine creaturarum consequenter Creatorem earum intellegimus, et 'invisibilia Dei a constitutione mundi per ea quae facta sunt intellecta conspiciamus.' Quid sit igitur, ut diximus, Deus, scire non possumus; quod autem sit, intellegimus, non nostro sensu, sed illius misericordia, per ea quae fecit Factoris prudentiam
 20 contemplantes. An non in navi et aedificio artificem navium et caementarium cogitamus, in opere videntes artem, et in singulis quae ratione perfecta sunt, rationem invisibilem cernimus? Unde et Deus per creaturas suas perspicitur, et invisibilitatem suam quodammodo facit esse visibilem. Neque enim caelum operit Deum, et facit esse invisibilem, nec Seraphin
 25 et ceterae creaturae, quasi possit videri, et eorum beneficio atque operimento visibilis esse desistat; sed in omnibus est, et ubique est, et super omnia est, et cuncta percurrit visibilia et invisibilia, regens omnia atque sustentans, nec loca mutans locis, sed cuncta ratione dispensans; ut terrae moles illius voluntate solidata sit, rursusque ad nutum eius con-
 30 cutiatur, pavefaciens corda mortalium, quando correptione indigemus; ut maria soluto liquore diffusa sint, et cum ad statutos venerint terminos, inlisione fluctuum retundantur; ut in quatuor tempora anni circulus dividatur, et per momenta decrescentia atque crescentia diversitate aeris

1 *ratione*] C 1 m; *rationis* α, C poster. man. corr. Atqui prior lectio sane retinenda erat.
 4 *decoratur*] α; *decoretur* C. 6 *prorumpit*] scripsi; *prorupit* Cz. 7 *propheta ei*] conicit
 Mercati; *prophetae* Cz. *adsentiens*] *adesentiens* C. 23 *perspicitur*] iterum ex coniec-
 tura; *prospicit* Cz.

7. *nimis*] Ps. 138, 14.

8. *expavi*] Abac. 3, 2 iuxta I.XX.

9. *valde*] Gen. 1, 31.

12. *Dei*] Ps. 18, 1.

17. *conspicimus*] Rom. 1, 20.

foveantur semina, nutriantur germina, et solis caloribus torreantur; rationabiles quoque et invisibiles creaturas suo illustrans lumine, ut semper Dei amore teneantur, et nequaquam ad terrena declinent. Quin rebus ostenditur, Seraphin non Dei vultum pedesque texisse, ut Origenes somniat, volens illum probare invisibilem, non naturae proprietate, sed 5 beneficio creaturarum. Nam cum propheta dixisset *Vidi Dominum Sabaoth sedentem super thronum excelsum et elevatum*, rursus videntur Seraphin operire faciem suam et pedes, ut prophetae ostenderent Dei magnificentiam non videri, sed pro qualitate meritorum offerre se conspectui mortalium, ita tamen, ut invisibilis permaneret. Unde et Moyses 10 erudiens populum quod esset invisibilis Deus, loquitur: 'Vocem sermonum eius audistis, et similitudinem non vidistis, sed tantum vocem.' Quod quidem Dominus atque Salvator etiam de Spiritu Sancto dicit: 'Spiritus ubi vult spirat, et vocem eius audis, sed nescis unde veniat et quo vadit', etiam Spiritum invisibilem et incomprehensibilem esse pro- 15 testans. A quo doctus apostolus Paulus in haec verba prorumpit: 'Quis enim scit hominum ea quae sunt in homine, nisi spiritus hominis qui est in eo? Sic et ea quae Dei sunt nullus novit, nisi Spiritus Dei qui est in eo.' Cumque Deus invisibilis sit, consequenter et Spiritus qui in Deo est invisibilis appellatur, continens omnia atque pertransiens, iuxta illud 20 quod alibi scriptum est: 'Spiritus Domini inplevit orbem terrarum.' Legimus de omnipotente Deo: 'Nonne caelum et terram ego impleo? dicit Dominus.' Quod et de Salvatore, qui humanum corpus assumpsit, apostolus credens loquitur: 'Qui descendit, ipse est et qui ascendit super omnes caelos, ut impleat omnia.' Cuius participatione et Seraphin ple- 25 nitudinem sortiuntur, et per sanctificationem Spiritus Sancti omnes sanctae fortitudines recipiunt sanctitatem.

Transeamus ad Hiezechihel, ut illum quoque similia sensisse doceamus. Describens visionem Cherubin, et quatuor animantium sacramenta, hoc

8 *prophetae*] *a*; *propheta* C. 11 *sermonum*] *a*; *sermonem* C. 16 *prorumpit*] *prorupit* C*a*, ut pag. praeced., l. 6. 20 *iuxta*] *iuxta* C moresuo. 21 *inplevit*] C I m. corr. ex *replevit*. 24 *credens*] = 'confidens', uti gr. πιστεύων. 25 *Seraphin plenitudinem sortiuntur*] scribendum conicio; *Seraphin in plenitudine sortiuntur* C*a*.

12. *vocem*] Deut. 4, 12.

15. *vadit*] Io. 3, 8.

18. *in eo*] I Cor. 2, 11.

21. *terrarum*] Sap. 1, 7.

23. *Dominus*] Ier. 23, 24.

25. *omnia*] Eph. 4, 10.

27. *sanctae fortitudines*] Cf. Hieron.

in Is. 6, 5 'Seraphin, quos angelicas fortitudines intellegimus'; et Translat. Didymi de Spir. sancto n. 56 'supernae rationabilesque virtutes, quas solet scriptura angelos et fortitudines nominare' Sed et supra, de Ps. X 4, 16 'haereticae vel contrariae fortitudines'.

etiam intulit : ' Et alae eorum extentae desuper quatuor, singula duas habebant alas coniunctas sibi, et duabus operiebant corpora sua. ' Consideremus quid dicat : sua velabant corpora, non Dei ; ut per haec verba discamus, omnem creaturam, quamvis sit rationalis, et terrena transierit, tamen condicione fragilitatis suae Deum, ut est, videre non posse, nec clarum lumen eius caligantibus oculis intueri. Quem sensum sub aliis verbis idem propheta mystica narratione describit : ' Et ecce vox super firmamentum quod erat super caput eorum, quasi visio lapidis, similitudine throni ; et super similitudinem throni, similitudo quasi species hominis. Et vidi quasi visionem electri a lumbis et supra ; et a renibus deorsum quasi aspectum ignis, et splendorem in circuitu, quasi visionem arcus in nube in die pluviae. Haec erat visio splendoris in circuitu, et hic aspectus similitudinis gloriae Domini. ' Qua descriptione demonstrat, non Deum se cernere, sed similitudinem gloriae Domini ; ut ex similitudine quam ferre non sustinet, quanta sit veritas valeat suspicari, cuius imaginem sanctis quibusque largitur : quia naturam divinae maiestatis creatura non conspicit. Unde idem propheta in consequentibus loquitur : ' Et surrexi, et egressus sum in campum ; et ecce ibi gloria Domini stabat sicut visio gloriae quam prius videram super fluvium Chobar, et cado in faciem meam ' ; ut ostenderet invisibilem esse Deum, et omne quod conditum est Conditorem suum videre non posse. Legimus in evangelio, cum transfiguratus Dominus fuisset in monte, cecidisse apostolos in faciem suam, quoniam gloriam vultus eius ferre non poterant. Non solum enim Deus Pater omnipotens, sed etiam Filius, id est sermo Dei, iuxta naturam suam invisibilis est. Quamobrem et visibile idem humanum corpus assumpsit, ut per id quod videri poterat, praesens Deus invisibilis loqueretur.

Cum hoc nemo dubitet, rursum Origenes de Seraphin disputans, sic ea super mensuram suam laudat, ut Filium Dei blasphemet, et Spiritum

29 *Filium*] *Filius C.*

2. *sua*] Ezech. c. 1, vers. 11 ; 23 mendose apud Amellium, 13 vero iuxta Mercati, qui et ipse, ut verbis Hieronymi utar, (Tract. de ps. 77, III² 60, 18) ' dum errorem emendaret, fecit errorem '. Simulque considera hic quoque ex graeco, in Commentario vero Ezechielis iuxta Hebraicam veritatem proferri testimonium : non est igitur cur tantopere miretur Mercati Nostrum optime cum Ambrosio, non cum Hieronymiano Commentario concordare.

13. *Domini*] Ezech. 1,25—2,1 constanter iuxta graecum.

20. *meam*] Ezech. 3, 23 item ex graeco.

24. *sed etiam Filius... invisibilis est*] Consonat Hieron. in Comment. Isaiae h. 1. (Migne 24, 94 sq.) : ' Ad quod respondebimus, non solum Patris divinitatem, sed ne Filii quidem et Spiritus sancti, quia una in Trinitate natura est, posse oculos carnis aspicere... Ergo Dei natura non cernitur, sed videtur hominibus, ut voluerit. '

Sanctum. Dicit enim in consequentibus: 'Sed haec de Seraphin quae circa Deum sunt, et sola rationabiliter atque prudenter dicunt *Sanctus Sanctus Sanctus*. Ideo prudenter laudant atque sapienter, quia sancta sunt.' Nec nos possumus denegare, quod Seraphin rationabiliter dicant atque prudenter, Sanctus Sanctus Sanctus: sed quaero a doctore praecipuo, ubi in sanctis scripturis legerit, sola Seraphin Deum laudare prudenter; cum omnes rationabiles creaturae et primogenita caelestis ecclesiae Deum noverint? Et Throni, et Dominationes, et Principatus, et Potestates, et Fortitudines, quas Paulus enumerat, prudenter sanctum praedicant Deum. Nam Esaias clamat: 'Sanctus Dominus qui habitat in excelsis.' Et ante illum David: 'Exaltate Dominum Deum nostrum, et adorate scabillum pedum eius, quia sanctus est.' Danihel quoque de angelorum exercitu loquitur: 'Milia milium ministrabant ei.' Omnes enim administratorii spiritus sanctum Deum prudenter et rationabiliter praedicant; quod et quattuor pueros in camino aestuantis incendii cecinisse legimus: 'Benedicite angeli Domini Dominum, laudate et exaltate eum in saecula.' Et non solum Seraphin, ut Origenes audacter pronuntiat, scienter et docte laudant Deum dicentia *Sanctus Sanctus Sanctus*; sed et omnes creaturae, iuxta Ananiam et Azariam et Misahel, digne laudare Dominum comprobantur. Sequitur enim: 'Benedicite omnia opera Domini Dominum, laudate et exaltate eum in saecula.' Sed et in psalmis omnes creaturae ad laudem Domini provocantur, dicente David: 'Lau-

7 caelestis ecclesiae] caelesti aeccliesiae C.

19 iuxta] iusta C et sic constanter.

3. Ideo prudenter laudant atque sapienter] Pro his verbis legitur in Origenis homilia ab Hieronymo translata, Migne 24, 934 B, *Propter hoc servant mysterium Trinitatis*. Ubi iterum miratur Io. Mercati lectionum varietatem. Verum ne obliviscaris velim, Origenis effata hic memoriter a vehementissimo tractatore, illic placide ex graeco, eaque benigniori passim interpretatione, a translatore exhiberi. Et quidem paucis ante mensibus Ruffinus Hieronymo obiecerat nimiam libertatem in Graecis Adamantii latine vertendis, et ad probatiorem sensum haud sine sententiarum praetermissione deflectendis: quapropter facile crediderim, placita Origenis, ubi in aliquo differunt, accuratius nunc atque in ipsa translatione proferri. Quod vero ad praesentem locum per-

tinet, nequaquam existimo hac magis quam illa relatione adversarium infamari.

10. in excelsis] Is. 33, 5 iuxta Gr.

12. sanctus est] Ps. 98, 5. Notanda huius loci congruentia cum exemplo supra allato, Tract. de Ps. XCIII, p. 86, l. 11.

13. i] Dan. 7, 10.

17. saecula] Dan. 3, 58. Quod autem de quattuor pueris loquitur, non tribus, fortasse alludit ad vers. 92 ibid., nisi, quod magis equidem crediderim, notam numeri ·III· pro ·III· scriba oscitanter legerit. Cf. lin. 19 infra.

21. in saecula] Dan. 3, 57.

22. ad laudem Domini provocantur] Cf. supra III² 307, 15 'Quia ad laudes Dei angelos provocavimus...'

date Dominum de caelis, laudate eum in excelsis. Laudate eum omnes angeli eius, laudate eum omnes virtutes eius.' Et utique si laudant Deum, sanctum illum esse noverunt; et non solum Seraphin, ut ante iam diximus, sed omnia quae laudant Deum, sanctum norunt esse quem
 5 laudant. Scimus quidem multas esse mansiones apud Patrem: sed in singulis mansionibus, iuxta mensuram eorum quae in mansionibus variis commorantur, Dei sanctitas praedicatur; ita ut Seraphin iuxta modum fidei suae Deum laudent, et noverint sanctitatem, iuxta quam et Archangeli et Angeli et omnes administratorii spiritus laudant sanctum Deum.
 10 Quod si solum, iuxta Origenis errorem, detur Seraphin, ergo Gabriheli archangelo et Michaheli et ceteris, qui eandem in servitute Dei obtinent dignitatem, scientia tolletur, et ratio laudis Dei, dicente Paulo: 'Sed accessistis ad Sion montem, et civitatem Dei viventis, Hierusalem caelestem, et multorum milium frequentiam, et ecclesiam primitivorum qui
 15 scripti sunt in caelis.' Quod si iuxta Origenem sola Seraphin laudant prudenter Deum, ergo haec omnia insipienter et irrationabiliter eum laudare credenda sunt. Et quomodo psalmista dicit: 'Hymnus omnibus sanctis eius'? Aut qua fiducia nos, qui homines sumus, Esaias ad laudem Domini cohortatur dicens: 'Laudate Dominum, clamate nomen eius'?
 20 Et rursus in eodem volumine, Iudaeorum impietatem arguens, loquitur: 'Vae gens peccatrix, populus plenus peccatis, semen peccati, filii iniqui; dereliquistis Dominum, et ad iracundiam provocastis Sanctum Israhel.' Hoc quod dixit, Sanctum Israhel, prudenter dixit, an imprudenter? Non puto aliquem tam vaesanum, ut audeat dicere, prophetam stulte san-
 25 ctum Dominum praedicare. Et in alio loco eiusdem prophetae legimus: 'Sic dicit Dominus Sanctus Israhel: cum conversus ingemueris, tunc

8 quam] α, pro quem? 11 ceteris] caeteri C. obtinent] optinent Cα. 21 filii] fili α.

2. eius] Ps. 148, 1 sq.

5 apud Patrem] Cf. Io. 14, 2.

10. iuxta Origenis errorem] Hieron. Epist. 96, 17 et Cont. Ruf. II, 10 'iuxta Origenis errorem'; Ep. 98, 12 'iuxta errorem eius'; Ep. 96, 5 'iuxta sceleratum Origenis errorem' etc.

15. in caelis] Hebr. 12, 22 sq.

18. eius] Ps. 148, 14.

19. nomen eius] Is. 12, 4.

22. Israhel] Is. 1, 4. Arguit heic quoque Io. Mercati translationis varietatem, cum Hieronymus hunc locum iuxta LXX interpretans dixerit *semen pessimum... concitaverunt*, non *semen*

peccati... provocastis. Respondeo crimen facile transferri posse in librarium, qui post *peccatrix... plenus peccatis* tertio fortasse *peccati* posuerit pro *pessimo*, quod revera in Graeco legitur (πονηρόν). Porro lectionem *provocastis* etiam apud Tertullianum et Hilarium notavit Petrus Sabatier, a quibus eam Tractator mutuari potuerit. Quid quod ipse Hieronymus hic quidem et in Is. *populus plenus peccatis*, in Amos vero 5, 4 sq. *plenus delictis* ex LXX maluit interpretari: igitur in dubium deinceps vocanda erit huiusce Commentarii auctoritas?

salvus eris.' Si sola Seraphin prudenter laudant sanctum Deum, ergo excluduntur angeli et omnes rationabiles creaturae et ipse propheta a laudatione prudenti, qua dicit *Sanctus Sanctus Sanctus*. Anna quoque cum ablactasset Samuhel, gratias referens Deo, in haec verba prorupit : ' Laetata sum in salutari tuo, quia nemo sanctus ut Dominus, et non est 5 sanctus sicut Deus noster.' Ergo haec loquens imprudenter loquebatur. Sed et Esaias adventum Domini in carnem praenuntians scribit : ' Sanctificate eum qui contempnit animam suam, qui abominationi est gentibus quae serviunt principibus.' Quomodo eum laudare debemus nos, qui ex gentibus sumus? prudenter, an imprudenter? Si prudenter eum 10 laudamus, et ipsi sumus laude condigni; sin autem stulte, ergo et nobis stultitia coaptabitur. Quod autem dixit ' Qui contempnit animam suam', pro eo quod est humiliat, et parvi ducit, debemus accipere, atque neglexit; quod Salvator fecit dicens : ' Nunc anima mea turbata est' et ' Tristis est anima mea usque ad mortem.' Quod utique pro assumpti corporis 15 humilitate dicebat. Haec ideo diximus, ut doceremus, non solum Seraphin, sed et angelos quoque, et alias rationabiles creaturas Deum sanctum laudare prudenter.

Porro Origenes de caelestibus disputans, et arbitrum se faciens uniuscuiusque spiritalium sanctitatis, et de Seraphin temeraria voce 20 pronuntiat : ' His enim nihil sanctius novimus inter ea quae sunt.' Haec ille dicit; nos autem et Seraphin, et Thronos, et Principatus, et Potestates, et Virtutes, et Dominationes, quae iuxta Paulum apostolum serviunt Deo, et omnes Angelos atque Archangelos qui suum ordinem servaverunt, sanctos novimus, Dei solius intellegentiae relinquentes, quis quo 25

7 Esaias] Esayas Cx. 18 arbitrum] arbitreum C. 20 novimus inter ea quae sunt. Haec ille dicit] C optime; x correxit novimus. Interea haec sunt quae ille dicit. Cf. adnot. infra. 24 quis quo] scribere non dubitavi; quisque x.

1. eris] Is. 30, 15 ex graeco. Saepe laudato censori displicet, quod hic legitur *conversus*, ubi ap. Hieron. habetur *reversus*; sed profecto minutiora haec, quam ut alicui negotium facessant.

6. noster] 1 Reg. 2, 1 sq.

9. principibus] Is. 49, 7 iuxta LXX. Et Hieronymus quidem in Comment. h. l. vertit *despicit* pro *contempnit*; parum hoc, insuper ubi hic habes *quae serviunt principibus*, in Commentario transtulit *qui servus est principum*. Optime: verum idem ipse post pauca fatetur *servos* pro *servo* legi apud Septuaginta (τῶν δούλων

τῶν ἀρχόντων). In hoc igitur Tractatu sententiam ex graeco diligentius repraesentat, quam ad sensum suum nimia libertate in Commentario detorquet.

11. nobis stultitia coaptabitur] Hieron. Contra Pelag. I, 14 'solamque perfectionem et veram iustitiam Dei tantum virtutibus coaptandam'; Transl. Didymi de S. S. n. 38 'nullum verbum potest ei proprie coaptari' etc.

14. turbata est] Io. 12, 27.

15. ad mortem] Mt. 26, 38.

20. quae sunt] M. 24, 939 C: 'His enim, in omnibus quae sunt, sanctius nihil est.'

sanctior sit. Neque enim novimus qui Archangeli quibus Archangelis sanctiores sint, nec qui Angeli quibus Angelis videantur esse meliores. 'Stella ab stella differt in claritate'. Quas oculis contemplant, possumus iudicare quae stella qua stella maior sit; de Angelis autem quos non vide-
 5 mus et Archangelis, Principatibus, Thronis et Dominationibus, Virtutibus et Potestatibus, et de aliis ministeriis spiritalibus iudicare non possumus; quia inferior humiliorque natura de melioribus se non potest ferre sententiam, ut dicat: ille Angelus illo Angelo melior est, et ista Dominatio et Potestas et Virtus illa Dominatione et Potestate et Virtute sublimior
 10 est. Quod Origenes de Seraphin audacter pronuntiat dicens, quod 'in his quae sancta sunt, nihil Seraphin sanctius sit.' Dicente autem David 'Qui regis Israhel intende, qui deducis sicut oves Ioseph, qui sedes super Cherubin manifestare', putasne aliquis nostrum scire potest, utrum Cherubin sanctiora sint quam Seraphin, cum et illa sint sancta, et Deus
 15 solus et hii quibus ipse revelare dignatur habeant huius rei notitiam, quae quibus sanctiora sint? Nam et apostoli cum ignorarent mensuram suam, et nescirent quis quo maior esset, diiudicati sunt a Domino; et ita Petro datus est principatus, ut unusquisque suum ordinem possideret. Et David canit: 'Domine probasti me et cognovisti me.' Si enim
 20 'nemo novit hominum ea quae sunt in homine, nisi spiritus hominis qui in eo est', qua temeritate Origenes ausus est dicere se nosse, quid quo in caelestibus sanctius sit, et quod nihil ei Seraphin sanctius esse videatur? Quis illi huius arbitrii tradidit potestatem, ut inter Cherubin et Seraphin diiudicet? Dicente autem Hiezechihel de Cherubin 'Et vox alarum
 25 Cherubin audiebatur usque ad atrium exterius, sicut vox Dei Saddai', stultae temeritatis est, aliquem velle decernere, quae inter Cherubin et Seraphin diversitas sit, cum haec solius Dei scientiae reservetur. Rursumque narrante eodem propheta de Cherubin 'Et egressa est gloria Domini de vestibulo domus, et ascendit super Cherubin; et assumpserunt
 30 Cherubin alas suas, et elevata sunt de terra in conspectu meo', quis

3 *ab stella*] *ab stellae* C. 5 *Thronis*] *Throni* C. 12 *deducis*] scripsi; *deduces* Cx.
sicut oves] Cx, iuxta graec. ὡσεὶ πρόβατα. 22 *ei*] scripsi; *et* Cx. 25 *Saddai*] *Sadda* C.
 26 *stultae temeritatis*] scripsi fido animo; *stulta* (1^a m. corr. ex *stulte*) *et temeritatis* C; *et stultitiae et temeritatis* maluit x. 27 *haec*] absque necessitate x in *hoc* commutat.
 29 *vestibulo*] *bestibulo* C.

3. *in claritate*] I Cor. 15, 41.
 13. *manifestare*] Ps. 79, 2.
 16. *cum ignorarent mensuram suam*] Hieron. ep. 96, n. 6 'qua temeritate Origenes... ausus sit'.
 Ep. 92, 1 'nec intelligant mensuram suam'.
 19. *me*] Ps. 138, 1.
 21. *in eo est*] I Cor. 2, 11.
 qua temeritate Origenes ausus est
 25. *Saddai*] Ezech. 10, 5.
 30. *meo*] Ibid. 18 sq.

hominum mensuram sanctitatis eorum se nosse iactabit, et ad comparationem gloriae Seraphin minora subsistere, aut pronuntiare de caelestibus, cum terrena non norit? Quis enim scit ad liquidum, qui homines quibus hominibus sanctiores sint, nisi forte nobis Sanctus revelarit? Quod ignorans Origenes, linguae suae non ponit modum. Idem Hiezechihel 5
 rursum describens Cherubin ait: 'Et gloria Domini Israhel erat super ea. Hoc est animal quod vidi sub Deo Israhel super fluvium Chobar: et cognovi quod Cherubin essent. Quatuor facies uni, et octo alae uni, et similitudo manuum hominum subter alas eorum. Haec erant facies quas vidi subter gloriam Domini iuxta fluvium Chobar; unum- 10
 quodque contra faciem suam gradiebatur'. Esaias docente cognovimus quod Seraphin senas habeant alas; porro Hiezechihel nos instruxit quod unum Cherubin quaternas habuerit facies et octonas alas. Si licet pronuntiare de maioribus, quid putas maius est, qui unam habet faciem, sex alae, an qui quatuor facies et octo alas? Sed de his non solum loqui, sed 15
 et cogitare temerarium est, praesertim cum qua ratione ipsi facti simus ignoramus, dicente David de Deo: 'Ipse novit figmentum nostrum.' Utraque sancta sunt: sed quae maiora, Deus viderit. Si enim maris atque harenarum, astrorum quoque et nubium imbriumque mensuram scire non possumus, nec terrae profundum, nec abyssi magnitudinem, 20
 nec numerum herbarum quae in montibus campis vallibusque nascuntur, nec qua ratione ipsi compacti simus; cur ea quae excedunt humanae scientiae modum? Tanta Origenes desaevit audacia, ut dum apud inperitos quosque et simplices gloriam quaerit novitate verborum, hominem se esse non noverit. De Iohanne Baptista Salvator ait in evangelio: 25
 'Quid existis in desertum videre? calamum vento agitari? Sed quid existis videre? hominem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiti sunt, in domibus regum sunt. Sed quid existis videre? prophetam? Etiam dico vobis, et plus quam prophetam.' Et statim iungit: 'Non surrexit inter natos mulierum maior Iohanne Baptista.' Et de Iob idem 30
 Dominus loquitur: 'Vidisti servum meum Iob? Quoniam non est qualis ille super terram: homo sine querela, iustus Dei cultor, recedens ab

5 *modum*] *monitum* sub. ras. C. 8 *facies*] *facie* C. *octo alae*] iuxta gr. uti cl.
 Amelli adnotavit; *quattuor alae* Vulg. 10 *vidi*] *ut di* C. Cf. supra 103, 17. 14 *faciem*] *α inserit et.*
 16 *simus*] *sumus* C 1 m. in rasura. 20 *abyssi*] *abissi* C. 23 *desaevit*] *scripsi; desivit* Cα.

11. *gradiebatur*] Ezech. 10, 19-22.

17. *nostrum*] Ps. 102, 14.

29. *prophetam*] Mt. 11, 7-9.

30. *Baptista*] Ibid. 11.

omni mala re, et adhuc retinet innocentiam.' Respondeat ergo nobis Origenes, si audivit Dominum loquentem, sicut de Iohanne et Iob, etiam de Seraphin, quod nihil illis sanctius sit. Si autem non audivit, taceat, et Deo diiudicandi creaturas suas scientiam derelinquat. Dicente enim
 5 David de Deo 'Ascendit super Cherubin et volavit' et sanctus Paulus ad Hebraeos ait de tabernaculo in ty [...] factum erat 'Et super arcam Cherubin gloriae obumbrantia propitiatorium'; periculosum est Seraphin sanctiora dicere quam Cherubin, et modum humanae humilitatis excedere. Dominus ad Hieremiam loquitur: 'Probatores dedi te in populis,
 10 ut probes eos'; et Origenes, quasi probator caelestium et rerum invisibilium constitutus, audet de Seraphin dicere, quod nihil illis inter rationabiles creaturas sanctius sit.

Et si huc usque temeritas processisset, ferremus utcumque eius amentiam; nunc autem maiora blasphemat, et impietas eius ad ipsum pervenit
 15 Deum. Filium enim et Spiritum Sanctum, quasi quidam fitor idoli, et novorum simulacrorum conditor, appellat duo Seraphin; et in hunc sacrilegii erumpit vomitum 'a principali Sancto Seraphin sanctitatis accipere consortium, et alter clamat ad alterum: Sanctus Sanctus Sanctus'. Et iterum: 'Quae sunt, inquit, ista Seraphin? Dominus meus
 20 et Spiritus Sanctus.' Quod Seraphin a Deo, qui sanctitatis omnium caput est, acceperint sanctitatem, et clament alter ad alterum, Sanctus

6 tabernaculo] *tavern.* C. arcam] *archam* C. 8 et modum] 1 m. add. in C.
 10 et Origenes] pro *at Origenes?* 14 maiora blasphemat] scripsi; *maior blasphemat* Cx.
 Conf. supra 113, 29 *Filius blasphemet* pro *Filium.* 21 acceperint] *acciperint* C.

1. *innocentiam*] Iob 2, 3.

2. *Respondeat ergo n. Origenes, si*] Interpellandi modus cuius innumera apud Hieronymum proferri possunt exempla. Cf. Comment. in Mt. 2, 15 'Respondeant qui Hebraeorum voluminum denegant veritatem'; et in Tractatibus supra III² 217, 19 'Respondeant nunc Iudaei, quomodo...'; ibid. 418, 14 'Respondeant Iudaei, et qui tantum secundum litteram...'; III³ 26, 24 'Respondeant enim, quomodo exultet' etc.

5. *volavit*] Ps. 17, 11.

6. *in ty factum erat*] Aliquid hic desiderari manifestum est. Amellius rimam ita supplevit, ut Hieronymum de Novo Testamento loquentem in-

duceret. Mihi quidem magis arridet haec aliave eiusdem significantiae sententia: *in ty [pro corporis Domini, in cuius similitudinem Iudaicum illud tentorium] factum erat.*

7. *propitiatorium*] Hebr. 9, 5.

10. *eos*] Ier. 6, 27 iuxta gr.

16. *novorum simulacrorum conditor*] Hieron. Epist. 96, 11 'novorum dogmatum assertor'; ibid. n. 16 'novae impietatis assertor'; Ep. 100, 13 'Origenis simulacra contemnant'.

17. *a principali Sancto Seraphin sanctitatis accipere consortium*] Haec certe ex Origene proferre videtur orator; quae nimio, ut reor, orthodoxiae studio in homiliarum translatione praetermiserat Hieronymus.

Sanctus Sanctus, negare non possumus ; ut autem Filius aestimetur et Spiritus Sanctus, hoc penitus refutamus. Quicquid enim consortio alterius possidet sanctitatem, abusive dicitur sanctum, nec eiusdem est sanctitatis, cuius illud a quo accipit sanctitatem ; Filius autem et Spiritus Sanctus, non abusione, alteriusque consortio, sed per naturam [.....] quae sancti- 5 ficante Deo sanctitatis nomen accepit, aut permanet in sanctitate, et sancta dicitur ; aut per negligentiam perdens quod acceperat, sancta esse desistit. Porro Filius et Spiritus Sanctus non alterius consortio habent sanctitatem, ne similes creaturis esse videantur, et aliunde accipere quod non habebant, inferioresque esse eo cuius possident sanctitatem. 10 Sicut enim corpus habens colorem non est ipsum quod color, sed coloris participatione aut album est aut rubrum aut nigrum, nec est tale (quamquam absque colore esse non possit) qualis ipse color ; sic Filius si aliunde habet sanctitatem, iuxta Origenem, sanctus non erit per naturam. Quod de Filio diximus, hoc et de Spiritu Sancto intellegamus. 15 Aliud enim est esse sanctum per naturam, aliud per participium : quia in altero non potest deesse quod semper est, in altero potest auferri, quia acceptum est. Dicamus et aliud exemplum. Ignis calidus per naturam est, facit autem calere et alia quae calorem illius participatione susceperint ; et non tam per naturam calida sunt, quam caloris partici- 20 patione dicuntur. Sic Filius et Spiritus Sanctus si aliunde possidet sanctitatem, non secundum naturam sed secundum gratiam sanctitatem habere credendus est. Sed quid ad Origenem, qui Filium et Spiritum Sanctum non natura sed participatione sanctum ausus est dicere, ut non multum distet a nobis, qui sanctitatis ex alio meremur habere consor- 25 tium (quod etiamsi sermone taceat, ipsa rerum consequentia loquitur), et ignorat quod licet color non possit a corpore separari, tamen omnis participatio quae aliunde descendit, inferioris meriti fit ab eo, cuius participatione fit sancta ? Aliud enim est per naturam, aliud per accidentiam aliquid possidere. Igitur Filius et Spiritus Sanctus, si ex aliquo 30 principali accipiunt sanctitatem, non erunt sancta natura, sed abusione.

5 *naturam*] *natura* C. 7 *neglegentiam*] *-tia* C. 18 *aliud*] *aliut* C. 23 *quid*] scripsi ex coniectura ; *quod* α.

1. *negare non possumus*] Hieron. Cont. Ruf. I, 18 ' Haec Origenes scripsit, negare non possumus '.

5. *naturam..... quae sanctificante*] Hic etiam aliquid deest, quod fortasse ita suppleri possit : *sed per naturam [sancti sunt. Creatura vero] quae sancti-*

ficante Deo etc.

18. *Dicamus et aliud*] Agnoscis unam ex iis quas in ore constanter habet locutiones Tractator noster, v. gr. III² 9, 17 ; 76, 33 ; 79, 3.4 ; 148, 29 etc.

26. *quod etiamsi sermone taceat*] Cf. adnot. supra ad 109, 3.

Quicquid enim participatione fit sanctum, accipit quod non habebat ex eo cuius coeperit habere consortium. Verum absit ut hoc de Filio sentiamus et Spiritu Sancto, et in tantam erumpamus amentiam, ut iuxta deliramenta Origenis duo Seraphin Filium et Spiritum Sanctum esse dicamus.

5 Quin potius loquamur ad eum zelo apostoli: 'Cui enim de Seraphin et aliis creaturis dixit Deus, Filius meus es tu, ego hodie genui te? Et iterum: Adorent eum omnes angeli eius? Ad angelos enim dicit: Qui facit angelos suos spiritus, et ministros suos ignem urentem. Ad Filium vero: Thronus tuus in saeculum saeculi, virga directionis virga regni

10 tui.' Rursumque de Filio, et nequaquam de Seraphin, psalmista decantat: 'Et tu in principio Domine terram fundasti, et opera manuum tuarum sunt caeli.' Neque enim haec de Seraphin dicuntur, sed de Filio; nec Seraphin fundaverunt terram, aut opera manuum eorum sunt caeli, ut iuxta Origenis furorem Filium et Spiritum Sanctum esse credamus.

15 Cui enim de Seraphin, aut 'cui angelorum dixit Deus: Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Nonne hi omnes sunt administratorii spiritus, in ministerium missi propter eos qui hereditate accepturi sunt salutem?' Unde de Seraphin clamat Esaias: *Missum est ad me unum de Seraphin*; haud dubium quin quasi

20 ministrum et Dei inperiis serviens. Mittitur autem propter eos qui salutem consecuturi sunt. In hoc etiam evidenter agnoscimus secundum Origenis disputationem Seraphin non esse Filium et Spiritum Sanctum, quoniam clamant: *Sanctus Sanctus Sanctus Dominus Deus Sabaoth; plena est universa terra gloriae eius*. Qui nisi essent ministri spiritus

25 prophetantes Domini nostri Salvatoris adventum, dicerent sine dubio, Pleni sunt caeli et terra gloria mea. Dicit Esaias: *Missum est ad me*

13 eorum] scripsi; eius Ca. 24 essent] x; esse C.

3. *in tantam erumpamus amentiam, ut*] Hieron. Ep. 96, 10 'in tantam eruperit vecordiam, immo dementiam, ut...'; Ep. 92, 1 'in tantam prorumpentes dementiam, ut...' etc.

iuxta deliramenta Origenis] Hier. Ep. 96, 9 'iuxta Origenis deliramenta'; Ep. 98, 19 'Origenis praeferunt deliramenta'; Ep. 100, 12 'iuxta deliramenta eorum' etc.

5. *loquamur ad eum zelo apostoli*] Hieron. Ep. 100, 12 'Nos ergo ad eum... zelo fidei concitati loquamur'.

10. *tui*] Cf. Hebr. 1, 5 8.

12. *caeli*] Ps. 101, 26.

18. *qui hereditate accepturi sunt salutem*] Hebr. 1, 13 sq. Idem locus occurrit in Comment. Is. 6, 2 sq. et ibi quidem legitur *qui hereditatem accepturi sunt salutis*, uti iam adnotavit Amellius. At vero in Translat. Didymi de S. S. n. 13 itidem adducitur, atque his verbis clausula enuntiatur: *qui accepturi erant salutem*. Vides igitur, haud magno plerumque argumento esse huiusmodi verborum discrepantias in exemplis e sacra Scriptura ab Hieronymo proferendis.

unum de Seraphin, et in manu sua habebat carbonem, quem forcipe tulerat de altari; et tetigit os meum, et dixit: Ecce tetigit hoc labia tua, et aufert iniquitates tuas, et peccata tua mundat. Non ergo unum de Seraphin, sed carbo quem tulerat de altari, ignitus videlicet sermo Dei atque doctrina, abstulit iniquitates prophetae, et peccata mundavit. Quod si Dei Filius 5 esset Seraphin, qui iniquitates abstulit et peccata mundavit, debuerat dicere: Ecce abstuli iniquitates tuas, et mundavi peccata tua. Sermo igitur Dei de spiritali raptus altari abstulit iniquitates prophetae, et peccata mundavit. Qui si in credentium corde servetur, usque hodie aufert iniquitates, et mundat peccata, ut David ait: 'In corde meo 10 abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi.'

FRAGMENTA GRAECA IN PSALMOS.

Ps. 4. 7 sq.

Ἐστημειώθη ἐφ' ἡμᾶς τὸ φῶς τοῦ προσώπου σου Κύριε· ἔδωκας εὐφροσύνην εἰς τὴν καρδίαν μου.] Θεοῦ πρόσωπον ἐν χαρακτηῖσι θεωρούμενον οὐ μοι δοκεῖ ἕτερον παρὰ τῆς ἀρετῆς νοεῖν ὁ προφήτης· ταύταις γὰρ τὸ θεῖον εἶδος χαρακτηρίζεται. Καὶ τοῦτο εἰπὼν, τὸ τέλειον γινώρισμα τῆς ἀρετῆς λέγει. Τὸ φῶς τοῦ 15 Κυρίου ὁ Χριστὸς ἐστίν, ὃς καὶ ἐδίδαξεν ἡμᾶς τὰ ὄντως ἀγαθὰ· δι' ἃ καὶ τὴν νοητὴν εὐφροσύνην ἐσχίκαμεν, τὴν εἰς νοῦν καὶ καρδίαν.

Ps. 5, 7.

Ἀπολεῖς πάντας τοὺς λαλοῦντας τὸ ψεῦδος.] Οὐκ εἶπεν, τοὺς λαλήσαντας

7 dicere] diceret C. mundavi] t in fine expuncto C. 13 Θεοῦ κ. τ. λ.] Ex cod. Taurinen. graec. B. VII. 30 (=T), fol. 30^v. Verba Θεοῦ πρόσωπον — ἀρετῆς λέγει affert Pitra, *Analecta sacra* t. III, 376 (=P) inter Eusebiana, non tamen sine varietatibus. χαρακτηῖσι] τοῖς σοῖς inser. P. οὐ μοι δοκεῖ ἕτερον] Pitra om. οὐ ἔτερον. 15 Καὶ τοῦτο] ἐκ τούτου P. 18 Οὐκ εἶπεν] Ibid. fol. 31.

7. *abstuli... et mundavi*] Et ita quidem Origenes ex versione ipsius Hieronymi, homil. 1 et 4 in Isaiam, quem secuti sunt Hilarius et Cassiodorus; Noster vero, ubicumque suo nomine scribit vel loquitur, tertia semper iuxta graecum utitur persona.

11. *tibi*] Ps. 118, 11.

14 *χαρακτηρίζεται*] Pulchre eandem sententiam explicat Hieronymus, Comm. in Ephes. 3, 12 ubi enumeratis virtutibus, scilicet ratione, veritate, sapientia, iustitia, ita prosequitur: 'Quomodo haec nobis tribuunt fiduciam ad Deum, sic et accessum: ut noster ad

eum sensus accedat, et diligentius contempletur, et aliquid sibi de eius maiestate adsumat et vindicet, et quasi de radiis solis calorem quemdam splendoremque luminis mutuetur, et dicat *Signatum est super nos lumen vultus tui Domine.*'

18. Οὐκ εἶπεν κ. τ. λ.] Conf. Hieron. supra III² 13, 8: 'Non dixit, Qui operati sunt iniquitatem, sed, Qui operantur iniquitatem'. Itemque post pauca: 'Si autem quicumque loquitur mendacium iam perit et occidit animam suam, omnes autem mentimur: ergo omnes peribimus?'

τὸ ψεῦδος· ἀλλὰ, τοὺς λαλοῦντας τὸ ψεῦδος. Εἰ δὲ ἀπόλλει Κύριος πάντας τοὺς
λαλοῦντας τὸ ψεῦδος, πᾶς δὲ ἄνθρωπος ψεύστης, κατὰ τὸν Δαυὶδ, πάντας ἅρα
ἀνθρώπους ἀπολλύσει Κύριος.

Ps. 7, 2.

Σῶσόν με ἐκ πάντων τῶν διωκόντων με καὶ ῥῦσαί με.] Τίς οὖν ἡ διάφορα
5 τοῦ σώζεσθαι καὶ τοῦ ῥύεσθαι; Ὅτι τῆς σωτηρίας μὲν κυρίως οἱ ἀσθενοῦντες
χρηρίζουσιν, τοῦ ῥύεσθαι δὲ οἱ ἐν τῇ ἀίχμαλωσίᾳ κατεχόμενοι. Εὐχεται οὖν περὶ
τῆς ἐνταῦθα ζωῆς καὶ τῆς μελλούσης· σῶσον γὰρ με, φησὶν, ἐνταῦθα ἀπὸ τῶν
διωκόντων, ῥῦσαί δέ με ἐκεῖ ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἐρεῦνης.

Ps. 9, 24.

Ὅτι ἐπαινεῖται ὁ ἁμαρτωλὸς ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις τῆς ψυχῆς αὐτοῦ.] Μυρία
10 γὰρ παράνομα ὀρῶντες, καὶ ἐπαίνους παρὰ τῶν κολάκων καρποῦνται. Τὸ καὶ ὁ
ἀδικῶν ἐνευλογεῖται, τὴν τοῦ διαβόλου ὁ προφήτης ἐσήμανεν ἀνομίαν· ὁ
γὰρ Θεὸς ἡμῶν ἐν τῷ αἰθέρι τούτῳ ἀρχὴν αὐτὸν προσέταξεν, εὐλογεῖται μὲν
λοιπὸν ἐν ἑαυτῷ.

Ibid. 36.

Ζητηθήσεται ἡ ἁμαρτία αὐτοῦ, καὶ οὐ μὴ εὑρεθῇ.] δι' αὐτὴν μὲν τὴν ἁμαρ-
15 τίαν. Τόδε ὄλον· Ὅντως ἐάν, φησὶ, ἐκζητήσεις τὴν ἁμαρτίαν τοῦ πονηροῦ, οὐ μὴ
εὑρεθῇ· τοῦτ' ἔστιν, ἀπολεῖται ὁ πονηρὸς δι' αὐτήν. Ποῦ γὰρ ἡ τοῦ Ἰούδα
φιλαργυρία; ποῦ ἡ τῆς αἰγυπτίας πονηρία; ποῦ ἡ τοῦ Φαραῶ ὑπερηφανία; Μετὰ
τοῦ καρποῦ καὶ ἡ ρίζα ἀπόλετο. Τοῦτο σαφέστερον ὁ Σύμμαχος εἶπεν· Ἐκζη-
τηθήσεται ἡ ἀσέβεια αὐτοῦ, ἵνα μὴ εὑρεθῇ. Ἐκείνης γὰρ ζητουμένης καὶ
20 δεικνυμένης, οὗτος ἀπόλλυται.

Ps. 15, 4.

Οὐ μὴ συναγάγω τὰς συναγωγὰς αὐτῶν ἐξ αἱμάτων.] Συνάγων, φησὶν,
συναγωγὰς ἐκ τῶν ἐθνῶν, οὐ δι' αἱμάτων ταύτας συνάξω· τοῦτ' ἔστιν, οὐ παρα-
σκευάσω διὰ τῆς νομικῆς μοι προσέρχεσθαι λατρείας, δι' αἰνέσεως δὲ μᾶλλον καὶ
τῆς ἀναίμακτου θυσίας.

3 ἀπολλύσει] απολλυσι T. 4 Τίς οὖν] T, fol. 33. 9 Μυρία] T, fol. 37^v.
11 ἐνευλογεῖται] I m. corr. ex ενευλογεῖτε. 12 ἐν τῷ αἰθέρι τούτῳ] cod. ἐν το εθαρει τουτο.
13 ἐαυτῷ] εαυτο cod. 14 δι' αὐτήν] T, f. 39. 17 ὑπερηφανία] υπερηφανια T.
21 Συνάγων] T, f. 43^v. 23 προσέρχεσθαι] προέρχεσθαι ap. Pitra, *Anal. sacra* II, 469.

2. ψεύστης] Ps. 115, 11. 21-24. Συνάγων κ.τ.λ.] Eadem Origeni
19. μὴ εὑρεθῇ] addendum αὐτός cum inscripta reperies apud I.B. Pitra, *Anal.*
editoribus Hexaplorum. ἡ ἁμαρτία αὐτοῦ. *sacra* II, 469.

Ps. 16, 14.

Ἀρῆκαν τὰ κατάλοιπα τοῖς νεπίοις αὐτῶν.] Πάσης, φησὶν, παρανομίας ἐνεπλήσθησαν· καὶ εἰς παιδᾶς δὲ ταύτην παρέπεμψαν.

Ps. 17, 21.

Καὶ ἀνταποδώσει μοι κύριος κατὰ τὴν δικαιοσύνην μου | Πέπεισμα, γὰρ ὅτι κατὰ τὸν καιρὸν, φησὶν, τῆς δικαιοκρισίας αὐτοῦ, οὐ μνημονεύσας μου τῆς ἀμαρτίας, κατὰ τὴν δικαιοσύνην μου ἀποδώσει μοι· τὰς γὰρ ἄλλας μου πράξεις τὰς 5 ἐν δικαιοσύνῃ ὡσπερ ἐν ζυγῷ ἀντιπαραλαβὼν, καὶ ἀντιστήσας τὰ ἀμαρτήματά μου, κατὰ πολὺ πλεοναξούσας εὔροι τοῦ γενομένου μοι ἀμαρτήματος.

Ps. 18, 4.

Οὐκ εἰσὶ λαλῖαι οὐδὲ λόγιοι, ὧν οὐχὶ ἀκούονται αἱ φωναὶ αὐτῶν.] Ὁ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν· Ἄρα οὐκ ἔστιν τινὰ πράγματα, καὶ μὴ ἀφίενται φωνὴν τὸν τεχνίτην ἀνακηρύττοντα. Ναὶ μὴν· καὶ γὰρ ἐκ τῆς καλῶς ἡρμωσμένης νηὸς ἡ 10 τέχνη τοῦ ναυπηγοῦ φαίνεται.

Ps. 22, 2.

Ἐπὶ ὕδατος ἀναπύσεως ἐξέθρεψέ με.] Ὑδωρ ἀναπύσεως, τὸ ἅγιον βάπτισμα.

Ibid. 6.

Καὶ τὸ κατοικεῖν με ἐν οἴκῳ Κυρίου εἰς μακρότητα ἡμερῶν.] Ἐὴν ἐκκλησίαν λέγει· ὁ γὰρ ἀξίως σφραγισθεὶς ἐν αὐτῇ μένη εἰς τὸ αἰών.

Ps. 24, 7.

Κατὰ τὸ ἐλεός σου μνησθήσεται μου.] Ἄνθρωποι μὲν μνημονεύοντές τινων, τὰς 15 φαντασίας τῶν προσεγνωσμένων ἀνακινούσιν ἐν ἑαυτοῖς· Θεὸς δὲ μνημονεύων λογικῆς φύσεως, οὐχὶ φαντασίαν αὐτῆς λαμβάνει (γνώως γὰρ ἐστὶν ὁ Θεὸς οὐσιώδης), ἀλλὰ γίνεται ἐν αὐτῇ. Τοῦτου γὰρ λέγεται μεμνησθαι ὁ Κύριος, τοῦ ἐν τῷ γῶρει. Καὶ πρότερον μὲν διὰ τῆς θεωρίας τῶν γεγονότων ὁ Κύριος γῶρει ἐν οἷς γῶρει· ἔπειτα δὲ καὶ ὁ ἀ τῆς γνώσεως τῆς ἑαυτοῦ. 20

1 Πάσης] T, f. 45^v.

3 Πέπεισμα] πεπισμα; T, fol. 48.

6 ἀντιστήσας] scripsi;

ἀναστήσας T.

8 Ὁ λέγει] T, f. 51.

9 ἀφίενται] cod. αφιεντε.

10 Ναὶ μὴν]

ναίμην T.

11 φαίνεται] ms. φενεται.

12 Ὑδωρ] T, f. 58.

13 Ἐὴν ἐκκλησίαν]

Ibid. 58^v.

14 μένη εἰς τὸ αἰών] ita ms.

15 Ἄνθρωποι] T, f. 60^v.

17 γνώως] sic.

10. νηὸς] Conf. Hieron. supra p. 111, l. 20 'An non in navi et aedificio arti-

ficem navium et caementarium cogitamus?'

Ps. 30, 10.

Ἐταράχθη ἐν θυμῷ ὁ ὀφθαλμὸς μου.] Ἐν θυμῷ, φησὶν, τῷ σῶ, τοῦτ' ἔστιν τοῦ Θεοῦ. Ὁργισθέντος σου γὰρ, φησὶν, τοσούτοις ἔπεσον κακοῖς, ὡς καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ληφθέντας ὑπὸ ταραχῆς μήδε ὄραν δύνασθαι.

Ps. 32, 11.

Λογισμοὶ τῆς καρδίας αὐτοῦ ἀπὸ γενεῶν εἰς γενεάς.] Καρδία ὁ Πατὴρ
5 εἴρηται, ὁ ἐν μέσῳ τῶν δύο μαζῶν ἢ γούν τοῦ Υἱοῦ καὶ Πνεύματος· καὶ γὰρ ἡ καρδία καὶ οἱ μαζοὶ ζωῆς εἰσὶν χωριστικοὶ καὶ χωρητικοί.

Ibid. 18.

Ἴδού οἱ ὀφθαλμοὶ Κυρίου ἐπὶ τοὺς φοβουμένους αὐτόν.] Ὁφθαλμοὶ Κυρίου ἡ παντοπτικὴ αὐτοῦ δύναμις, ἢ πολλακίς ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα· ὡς ἐν μέσῳ δύο φώτων, ὁ Πατὴρ τῶν φώτων.

Ps. 33, 16.

10 Ὁφθαλμοὶ Κυρίου ἐπὶ δικαίους.] Ὁφθαλμοὶ Κυρίου ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἄγιον· ὅλως δὲ ὀφθαλμὸς ἔστιν ὡς τὰ πάντα ἐφορῶν.

Ps. 35, 3.

Τοῦ εὐρεῖν τὴν ἀνομίαν αὐτοῦ καὶ μισῆσαι.] Τοῦτο δὲ, φησὶν, [οὐ] λογιζέται, ὅτι ὁ Θεὸς εὐρίσκει τὴν ἀμαρτίαν αὐτοῦ, καὶ εὐρῶν μισεῖ καὶ αὐτὴν καὶ αὐτόν.

Ps. 38, 7.

15 Μέντοι γε ἐν εἰκόνι διαπορεύεται ἄνθρωπος.] Πᾶς ἄνθρωπος ζῶν ἐν εἰκόνι διαπορεύεται· ἦτοι τῇ τοῦ Θεοῦ, τηρῶν τὸ κατ' εἰκόνα· ἢ ἄλλου τινος ζώου, ἢ ππος θηλυμανῆς ἢ ἄλλο τι ἄλογον κατὰ τὸ ἦθος γίνομενος. Ἡ ὄντως ὁ κόσμος οὗτος εἰκὼν ἔστιν τοῦ ἀοράτου Πατρὸς· αὐτεξουσίως οὖν πορεύεται ὁ ἄνθρωπος ἐν τούτῳ τῷ κόσμῳ, ὃ ἔστιν εἰκὼν.

1 Ἐν θυμῷ] fol. 68^v. 4 Καρδία] f. 72^v. 6 χωριστικοὶ καὶ χωρητικοί] χωριστικοὶ καὶ χωρητικοὶ ms. 7 Ὁφθαλμοί] T, f. 73. 10 Ὁφθαλμοί] Ibid. f. 75, et Coislin. 80, fol. 91. 11 ὅλως δέ] om. Coislin. ἐφορῶν] Ad verba quae sequuntur in Psalmo πρόσωπον δὲ κυρίου κ. τ. λ. codex Coislin. 80 subiungit : Τοῦ αὐτοῦ (i. e. Hieronymi) : Τὴν τῶν πραγμάτων ἐνδειξὴν ὀνομάζει. 12 Τοῦτο δέ] T, fol. 78^v. οὐ λογιζέται] particula negans deest in ms. 14 Πᾶς ἄνθρωπος] T, fol. 86^v. εἰκόνι] εικονη ms. 16 κατὰ τὸ ἦθος] cod. κατορθος.

11, ἐφορῶν] Conf. item III² 129, 18 'Ego autem dico quod Deus... totus oculus est, quia omnia videt'.

14. Πᾶς ἄνθρωπος κ.τ.λ.] Eadem fere ad litteram inter Origeniana apud Pitra, *Anal. sacra* III, 30.

Ps. 44, 3.

Ἐξεγύθη, χάρις ἐν χεῖλεσί σου.] Οὐ μόνον διὰ τοὺς λόγους τῆς χάριτος τοὺς ἐκπορευομένους ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν χάριν τῆς ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν, λέγοντος· Ἀφείωνταί σου αἱ ἁμαρτίαι.

Ps. 54, 24.

Ἄνδρες ἀμαρτιῶν καὶ δολιότητος οὐ μὴ ἡμισεύσωσι τὰς ἡμέρας αὐτῶν.] Τὴν τῶν ἀγαθῶν ἔργων ἀτελειότητα δεικνυσιν ὁ προφήτης, ὡς τῶν πονηρῶν ἀνδρῶν πάντη τῆς κατ' ἀρετὴν πολιτείας ἐφυστεροῦντων, καὶ μήδε πρὸς μέτρον τι ταύτης ἐξικέσθαι γνωριζομένων.

Ps. 58, 4.

Ὅτι ἰδοὺ ἐθήρευσαν τὴν ψυχὴν μου.] Θηρεύουσι τὴν ψυχὴν διὰ τῶν πονηρῶν λογισμῶν, ὅταν αὐτῇ καλὰ ὑποβάλλουσιν τὰ μὴ ὄντα καλά· ὡσπερ ὅταν δέλεαρ τῷ γαλακῷ οἱ ἄλιεῖς περιβάλλουσιν.

10

Ps. 72, 13.

Καὶ εἶπα· Ἄρα ματαίως ἐδικαίωσα τὴν καρδίαν μου κ. τ. λ.] Κἀγὼ, φησὶν, ταῦτα ἔργων ἐθορυβοῦμην τοῖς λογισμοῖς κατ' ἑμαυτὸν ἐννοῶν, μήπως ἄρα ὑπὲρ ἀρετῆς πόνος τὴν δικαιοσύνην ἀσκεῖν, καὶ τὸ καθαριεῦειν ἀδίκου πράξεως, καὶ τὸ ὑπὲρ τῶν προτέρων ἁμαρτημάτων ἑμαυτὸν μαστίζειν τῇ ἐξομολογήσει, καὶ τοῦτο ὡσπερ ἐκκοιτῆς διαγίστασθαι εἰς τὸ ὑπὲρ τῶν ἁμαρτημάτων κακοῦν, ἀνόητά 15 μοί εἴσι.

Ps. 88, 44.

Ἀπέστρεψας τὴν βοήθειαν τῆς βοήθειας αὐτοῦ.] Ἐνταῦθα τὴν εἴσπραξιν δηλοῖ ἣν ἐποιήσαντο Ἰουδαίων παῖδες τόλμη κατὰ τοῦ σωτῆρος Χριστοῦ, ἰδόντες τὰς ποσαύτας θεοσημείας. Ἐλθόντος γὰρ Τίτου υἱοῦ Οὐεσπασιανοῦ, κατὰ Ἰώσηππον, εἰς τὴν Ἱερουσαλήμ ἐν ἡμέραις ἀζύμων, ἔκλεισεν ἐν αὐτῇ μυριάδας ΣΟ· κατὰ 20 τὸν νόμον γὰρ Μοῦσέως οὐκ ἦν ἐορτάζειν αὐτοὺς ἔξω Ἱεροσολύμων, καὶ ἐξετρύβησαν παντελῶς. Τότε ἐκάει καὶ ὁ ναὸς αὐτῶν· Ἦ γὰρ μυριάδας εὔρεν ζῶντας καὶ μόνον.

1 Οὐ μόνον] T, f. 94^v.

3 Ἀφείωνται] αφαιονται ms.

5 Τὴν τ ἀγαθῶν] T, 109^v.

ἀτελειότητά] ατελοτητα ms.

6 πολιτείας] πολιτειας ms.

8 Θηρεύουσι] T, fol. 113^v.

11 Κἀγὼ] Ibid. f. 137.

12 κατ' ἑμαυτὸν] ms. καθ' εμαυτον.

14 τοῦτο] cod. pro

articulo?

15 ἐκκοιτῆς] sic.

17 Ἐνταῦθα] T, f. 167.

19 θεοσημείας] sic.

3. ἁμαρτίαι] Mt. 9, 5 etc.

8 Θηρεύουσι κ.τ.λ.] Pitra, op.cit. p. 63

23. καὶ μόνον] Conf. Iosephum, *De**bello Iud.* VI, 9, et *Dialogum Iudaei et Christiani* quem edidit A. C. McGiffert (Marburgi 1889) p. 79.

Ps. 95, 7 sq.

Ἐνέγκατε τῷ Κυρίῳ αἱ πατριαὶ τῶν ἐθνῶν κ. τ. λ.] Πατριὰς καλεῖ τοὺς τῶν ἐκκλησιῶν ἡγουμένους, ἱερεῖς καὶ πρόεδρους, οἷς πρέπει θοξάζειν τὸν θεὸν διὰ τῶν ἔργων τῶν ἀγαθῶν, καὶ μὴν καὶ τιμᾶν ἀπὸ δικαίων πολιτειῶν. Ἐτηγε μὴν καὶ θυσίας ἀναφέρειν ὅτις, ἀναφέρειν δὲ ἐν ταῖς θείαις αὐτοῦ ἀυλαῖς· διηλαθῆ 5 ταῖς ἐκκλησίαις τοὺς προκαθησομένους αὐτῷ διὰ πίστεως Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Ibid. 11.

Εὐφραινέσθωσαν οἱ οὐρανοὶ καὶ ἀγαλλιᾶσθω ἡ γῆ.] Οὐρανὸν πολλάκις ἡ γραφή καλεῖ τοὺς ἐν οὐρανῷ ἀγγέλους, ὡσπερ καὶ γῆν τοὺς ἀπὸ γῆς ἀνθρώπους. Καὶ πάλιν φησὶν, Πᾶσα δὲ ἡ γῆ ἡρίστα, ἀντὶ τοῦ, Καιρὸς ἦν ἀρίστου. Καλεῖ οὖν γῆν τοὺς ἀπὸ γῆς ἀνθρώπους, καὶ οὐρανὸν τοὺς ἐν οὐρανῷ ἀγγέλους. Λοιπὸν 10 οὕτως νοήσωμεν τὸ Εὐφραινέσθωσαν οἱ οὐρανοί.

Ps. 98, 6.

Προσκυνεῖτε τῷ ὑποπόδιῳ τῶν ποδῶν αὐτοῦ.] Ὑποπόδιον αὐτοῦ ἡ πᾶσα τῆς κρίσεως ὑποταγή. Τινὲς μὲν κεφαλὴν Χριστοῦ τὴν θεότητα λέγουσιν, ὑποπόδιον δὲ τὴν τοῦ ἀνθρώπου μορφήν ἣν ἐνεδύσατο· οἱ γὰρ πόδες τὴν δουλείαν σημαίνουσιν.

Ps. 109, 3.

Μετὰ σοῦ ἡ ἀρχὴ ἐν ἡμέρᾳ τῆς δυνάμεώς σου.] Ἡ τὸν καιρὸν τῆς κρίσεως 15 διὰ τούτου σημαίνει, ἐν ᾧ δυνάμει θεῖα πάντα κατακρίνει, ἔργουμένος μετὰ τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ· ἡ τὸν καιρὸν τῆς γεννήσεώς φησὶν, ἥτις καὶ ἡμέρα δυνάμεως προσαγορεύεται.

1 Πατριὰς] πατρειας T, f. 175^v. 3 πολιτειῶν] cod. πολητειων. Ἐτηγε... ὅτις] sic ms. 6 Οὐρανὸν] T, fol. 176. 7 καλεῖ] καληι ms. 11 Ὑποπόδιον T, fol. 179 et Coisl. 80, fol. 282. αὐτοῦ] T; Θεοῦ Coisl. τῆς] om. Coisl. 12 ὑποταγή] Coisl. add. ἐφρηται. μὲν κεφαλὴν] δὲ κεφαλὴν μὲν Coisl. 13 τὴν τοῦ ἀνθρώπου μορφήν] T; τὴν μορφήν τοῦ δούλου Coisl. 14 Ἡ τὸν καιρὸν] T, fol. 204. 15 σημαίνει] σημαινη cod.

6. Οὐρανὸν πολλάκις κ.τ.λ.] Conf. Hieron. in Is. 1, 2 : 'Caelum et terram ad audiendum provocat, in caelo supernas significans angelicasque virtutes; in terra mortalium genus, μετωνομιζῶς ab his quae continent, ea quae continentur'.

12. Τινὲς μὲν... λέγουσιν] Cf. Hieron. supra III² 154, 5 : 'Legi in cuiusdam

libro : Adsumptio, inquit, humani corporis; hoc est, hominem quem Deus de Maria dignatus est adsumere, ipsum, inquit, dicit scabillum pedum eius.' Et simile quiddam legi animadverti in libello apocrypho qui Melitonis Clavis dicitur; qui item ab his verbis incipit : 'Caput Domini, ipsa divinitas'.

Ps. 118, 73.

Αἱ χεῖρες σου ἐποίησαν με καὶ ἔπλασαν με.] Ὅλως ὁ Θεὸς χεῖρ ἐστίν, ὡς τὰ πάντα διερευνῶν· χεῖρες δὲ Θεοῦ, ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, δι' ὧν τὰ πάντα μάλιστα δὲ τὸν ἄνθρωπον ἐδημιούργησεν. Καὶ τὸ μὲν Ἐποίησεν, νοήσεις καὶ ἐπὶ τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος, ποίημα γὰρ Θεοῦ ἀμφότερα· τὸ δὲ Ἐπλάσεν, ἐπὶ τοῦ σώματος νοητέον.

5

Ps. 129, 2.

Γενηθήτω τὰ ὦτά σου προσέχοντα εἰς τὴν φωνὴν τῆς δεήσεώς μου.] Ὡτα ἐπὶ Θεοῦ καὶ τὰς ἀγγελικὰς δυνάμεις νοοῦμεν, δι' ὧν αἱ δεήσεις ἡμῶν πρὸς Θεὸν εἰσέρχονται.

1 Ὅλως] T, fol. 216.

3 ἐδημιούργησεν] ἐδημιουργισεν ms.

6 Ὡτα] T, fol. 229.

2. διερευνῶν] Hieron. supra III^o 129, 20 'Totus manus est (Deus). quia omnia operatur'.

2-5. χεῖρες δὲ Θεοῦ κ.τ.λ.] Eadem sub nominibus Origenis, Cyrilli, Athanasii, Didymi, Evagrii ap. Pitra, *Anal. sacra* III, 279 not. Porro p. 518 ad Ps. 118, 73 aliud lemma legitur ἱερωνύμου nomine inscriptum. Interim graeca nostra conferre proderit cum Hieronymo Latino, Comm. in Ephes. 2, 10 :

'Et diligenter observa quia non dixerit, *Ipsius figuratio sumus atque plasmatio*, sed, *Ipsius factura sumus*. Plasmatio quippe originem de terrae limo trahit : factura vero iuxta similitudinem et imaginem Dei sumpsit exordium. Quod in centesimo quoque octavo decimo Psalmo simul positum diversa significat : *Manus tuae fecerunt me et plasma- verunt me*. Factura primum locum tenet : deinde plasmatio.'

APPENDIX.

ARNOBII EPISCOPI
EXPOSITIUNCULAE IN EVANGELIUM

NUNC PRIMUM INTEGRÆ
EX COD. 132 UNIVERSIT. GANDAV. EDITÆ.



G = cod. Universit. Gandav. 132 (olim S. Petri Blandin.)
saec. XII.

μ = Migne, Patr. Lat. 53, 569-581.

β = Pseudo-Theophili Allegoriae, Maxima Biblioth. Patr.
(Lugduni 1677) t. II, part. 2, pag. 166-175.

EXPOSITIUNCULAE ARNOBII EPISCOPI
IN EVANGELIO IOHANNIS EVANGELISTAE
MATTHAEI ET LUCAE.

INCIPIUNT CAPITULA EVANGELII SECUNDUM IOHANNEM.

- 5 I. In principio erat Verbum etc.
II. De nuptiis in Cana Galilaeae.
III. De caeco.
IIII. De Lazaro.
V. Ambulate dum lucem habetis.
10 VI. De vite et palmite.
VII. De Abraham.
VIII. De gladio Petri.

INCIPIUNT CAPITULA SECUNDUM MATTHAEUM.

- I. De muneribus magorum.
15 II. Vox clamantis in deserto.
III. De cibo Iohannis.
IIII. De pala et area.
V. De ieiunio et templo.
VI. Esto benignus adversario tuo.
20 VII. Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua.
VIII. Nolite vobis condere thesauros in terra.
IX. Quid vides festucam in oculo fratris tui.
X. Numquid colligunt.
XI. De viro qui aedificavit domum suam super petram.
25 XII. De sponso.
XIII. De profluvio.
XIIII. Mitto vos sicut oves in medio luporum. [f. 128^v]
XV. Nonne duo passeris asse veneunt.
XVI. De homine habente manum aridam.
30 XVII. Regnum caelorum simile est thesauro abscondito in agro.
XVIII. Ubi coegit discipulos ut ascenderent navem.
XIX. Quia difficile dives introit in regnum caelorum.
XX. De patrefamilias qui prodiit conducere mercennarios.
XXI. De pullo asinae.
35 XXII. De patrefamilias qui plantavit vineam.

6 *Cana*] *chana* G.

17 *pala*] scripsi, ut infra 136, 9; *palea* G.

- XXIII. Reddite, inquit, quae Caesaris sunt Caesari et quae Dei Deo.
 XXIII. Insurget autem regnum super regnum.
 XXV. Qui in Iudaea sunt fugiant ad montes.
 XXVI. De decem virginibus.

EXPLICIT MATTHAEUS. INCIPIT LUCAS.

- I. De nativitate Iohannis. 5
 II. Ne dixeritis : Patrem habemus Abraham.
 III. Nemo accendit lucernam, et ponit eam sub modio.
 IIII. Ubi ascendit Iesus in montem orare.
 V. Ubi homo descendebat ab Hierusalem in Iericho. 10
 VI. Ubi hominis divitis possessio bene attulit fructum.
 VII. De grano sinapis.
 VIII. De aedificatione turris.
 IX. De homine cui ait filius iunior : Da mihi portionem quae me
 contingit. 15
 X. Facilius introibit camelus per foramen acus, etc.
 XI. De Zachaeo quem vidit in arbore.
 XII. De homine qui abiit accipere regnum.
 XIII. Venit dies paschae, et misit Petrum et Iohannem in civitatem.

EXPLICIUNT CAPITULA EVANGELII SECUNDUM LUCAM.

20

INCIPIT DE EVANGELIO IOHANNIS.

I.

In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum, et cetera.

INTERPRETATIO.

25

Principium Deus est, qui principator omnium esse voluit. In hoc itaque principe erat Verbum, hoc est Christus, de quo dicit : ' Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum '. Ostendit Christum ex Deo processisse, de quo in psalmo · XLIIII^o · vox paterna ait : ' Eructavit cor meum verbum bonum ' hoc est Christum. Per quem ' omnia facta 30 sunt, et sine quo factum est nihil ' : hoc est idola, quae sine arbitrio Christi facta sunt ; de quo apostolus dicit : ' Scimus quia nihil est idolum.'

II. ITEM DE NUPTIIS IN CANA GALILAEAE.

Et die tertio nuptiae fiebant in Cana Galilaeae, et mater Iesu erat ibi.

34 Cana] canam G.

24. Verbum] 1 Io. 1 sq.
 30. bonum] Ps. 44, 1.

32. idolum] 1 Cor. 8, 4.

Vocatus autem est Iesus et discipuli eius ad nuptias, et vinum non habebant, et cetera.

INTERPRETATIO.

Facta sunt ista omnia, sed habent spiritalem intellectum. Nuptiae
5 scilicet coniunctio Christi est et ecclesiae, hoc est novae legis traditiones.
Hydrias autem · VII · lapideas, ecclesias · VII · demonstrat super
petram fundatas. Aqua, inquit, plenas : hoc est baptismi gratia. Quod
autem dicit, Capietes metretas binas, hi sunt qui matrimoniis iunguntur.
Ternas autem capientes, hi sunt qui spiritales effecti, Trinitatis virtutibus
10 implentur. Architriclinus autem, Moyses est. Novus autem sponsus,
Christus est. Aqua in vino conversa, passionis cruorem demonstrat.

CAPITULUM III. DE CAECO.

*Et egressus Iesus de templo, dum ambulat, vidit hominem caecum a
nativitate sua, et interrogaverunt eum discipuli eius dicentes : Rabbi, quis
15 peccavit, hic an parentes eius, quia caecus natus est ? Respondens Iesus ait
illis : [fol. 129]. Neque hic peccavit, neque parentes eius, sed ut manifesten-
tur opera Dei in illo. Haec dicens, exspuit in terram, et fecit lutum de
sputo. Dixitque ei : Vade ad piscinam Siloe, et lava oculos tuos. Abiit ergo,
et lavit, et cetera.*

20

INTERPRETATIO.

Caecus quem dicit, genus hominum gentilium demonstrat, quod a
nativitate in caecitudine errabat. Siloam autem, fontem luminis inter-
pretatur, quod est baptisma, unde cordis oculos inluminamus.

DE LAZARO. CAPITULUM IIII.

25 *Fuit vir autem quidam infirmus nomine Lazarus de castello Mariae et
Marthae sororis eius. Haec est autem Maria quae unxerat Dominum
unguento et exterserat pedes eius capillis suis, cuius frater infirmus erat, etc.*

INTERPRETATIO.

Facta sunt ista omnia, sed habent spiritalem intellectum. Nam Lazarus
30 genus humanum demonstrat, qui in morte condormiebat, priusquam
Christus veniret. Institis autem constrictus, hoc est genus hominum
peccatis involutum. Martha autem et Maria, ecclesia et fides intelligun-
tur, rogantes Christum ut Lazarum suscitaret, hoc est, vitam hominum

5 traditiones] G ; traditionis μ. 6 Hydrias] Idrias G ; Hydriae μ. lapideas] G ;
lapideae μ. demonstrat] G ; demonstrant μ. 9 virtutibus] μ ; virtutes G. 11 in
vino] G ; in vinum μ. 17 exspuit] expuit G. 22 Siloam] Syloam G.

1. non habebant] Io. 2, 1 sq.
19. et lavit] Io. 9, 1 sq.

27. infirmus erat] Io. 11, 1 sq.

excitaret. Lapide devoluto de monumento, hoc est, duritia de corde hominum remota. Quarto autem die excitatum, evangelicam demonstrat figuram, quae nobis duritiam cordis repellent. Quod autem dicit, Lacrimatus est Iesus, de infidelitate scilicet Iudaeorum.

CAPITUL. QUINTUM.

5

Ambulate dum lucem habetis, ne tenebrae vos comprehendant; qui enim ambulat in tenebris, nescit quo vadat. Cum ergo lucem habetis, credite in lucem, ut filii lucis fieri possitis.

INTERPRETATIO.

Lucem quod dicit, lex Dei est, in qua ambulare debemus. Tenebras 10 autem quod dicit, ignorantia est. Sive quia lux Christus est, tenebrae autem Antichristus est.

DE VITE ET PALMITE. CAPIT. VI.

Ego sum, inquit, vitis vera, et Pater meus agricola est: omnem palmitem in me non ferentem fructum et cet. 15

INTERPRETATIO.

Merito Christus vitis est, quia vitam nobis attulit. Recte et Pater eius agricola, quia mundi gubernator est: qui et pluvias et tempora quasi bonus cultor administrat. Palmitem vero quod dicit fructiferum, nostrum populum significat. Infructuosus autem haereticorum figura est, quem 20 ignis expectat.

DE ABRAHAM. CAP. VII.

Abraham pater vester expectavit ut videret diem meum: et vidit, et gavisus est.

INTERPRETATIO.

25

Priusquam Christus veniret ante duorum milium annorum Abraham defunctus est. Quomodo ergo Dominus dicit, Abraham vidit diem meum, et gavisus est? Tunc scilicet quando Isaac ad victimam lignum portabat, et arietem victimae dignum [f. 129^v] dedit, et gaudens filium recepit. Tunc exultavit, quia crucis lignum vidit. 30

2 Quarto autem die excitatum] Quartum a. diem excitatum μ ; Quartus a. dies excitati (corr. ex excitatus) G. evangelicam] G; evangeliorum μ . 3 quae] μ ; qui G. nobis] G. μ ; a nobis β . 8 possitis] μ ; potestis G. 17 attulit] μ ; extulit G. 19 quod] sup. lin. mutat. in quem G. 26 duorum milium] G graecorum more; duo milia μ . defunctus] defuntus G. 28 quando] μ ; quo G.

8. possitis] Io. 12, 35 sq.
15. fructum] Io. 15, 1 sq.

24. gavisus est] Io. 8, 56.

DE GLADIO PETRI. VIII.

Simon igitur Petrus habens gladium eduxit, et percussit servum principis sacerdotum, et amputavit illi auriculam dextram.

INTERPRETATIO.

5 Cum antea Dominus praeceperit discipulis suis ne quidem virgam in via ferrent, quomodo Petrus exemit gladium, et amputavit auriculam puero sacerdotis, et Dominus ei dixit, Reconde gladium tuum in tecam suam? Gladius scilicet Spiritus sanctus est, sicut apostolus Paulus ad Ephesios meminit. Auricula autem amputata, auditus Iudaeorum est,
10 sicut Isaias dicit: 'Domine quis credidit auditui nostro?' Teca vero Petrus erat, in quo Spiritus Dei latebat.

EXPLICIT SECUNDUM IOHANNEM. INCIPIT SECUNDUM MATTHAEUM.

DE MUNERIBUS MAGORUM. CAP. I.

15 *Aperientes, inquit, thesauros suos obtulerunt ei munera, aurum, thus, et mirram. Et responso moniti sunt in somnis ne reverterentur, ad Herodem, sed per aliam viam regressi sunt.*

INTERPRETATIO.

Tunc scilicet magi praesago spiritu Christo munera offerebant: aurum
20 scilicet quasi regi, thus autem quasi Deo, sive quia passionis immolationem demonstrabat. Mirra autem sepulturae signum ostendebat. Magi autem ipsi tipus credentium erant. Herodes autem diaboli significat figuram. Quod autem magis dictum est, ne reverterentur ad Herodem, hoc est, qui ex gentibus ad Christum veniunt, ne rursus ad diabolium revertantur.

25 CAPITUL. II.

Vox clamantis in deserto, Parate viam Domini, rectas facite semitas Dei nostri. Omnis vallis implebitur, et omnis mons et collis humiliabitur, et erunt prava in directa.

INTERPRETATIO.

30 Vallem quod dicit, mundum istum demonstrat, repletum Christi doctrina. Montes autem et colles humiliati, perfidia scilicet diaboli, et idolorum cultura, quae in adventu Christi humiliata sunt atque depressa.

7 reconde] recunde G.

21 demonstrabat] G; demonstrabant μ.

3. dextram] Io. 18, 10.

8. ad Ephesios] 6, 17.

10. nostro?] Is. 53, 1.

17. regressi sunt] Mt. 2, 11 sq.

28. directa] Mt. 3, 3; Luc. 3, 4 sq; Is. 40, 3 sq.

Quod autem dicit, Erunt prava in directa, hoc de gentilium pravitate dicebat, qui nunc recta itinera gradiuntur.

DE CIBO IOHANNIS. III.

Cibus autem Iohannis erat locusta et mel silvestre.

INTERPRETATIO.

5

Locustae quas dicit, populorum multorum demonstrant figuram, qui ad Iohannem veniebant. Mel autem fructum dulcedinis eorum demonstrat, quorum credulitate et fide Iohannes saturabatur.

DE PALA ET AREA. IIII.

Habens, inquit, palam in manu sua, purgabit aream [fol. 130] suam, et 10 colliget frumentum in horreo, paleas autem comburet igni inextinguibili.

INTERPRETATIO.

Area quod dicit, mundus iste intelligitur. Frumentum vero quod dicit, sancti et fideles intelliguntur. Pala vero crucem demonstrat. Horreum autem paradisus est, ubi sancti colliguntur. Paleae autem leves, id est, 15 perditi homines, qui in gehennam mittuntur, et igni exuruntur.

DE IEIUNIO CHRISTI. V.

Et cum ieiunasset Iesus, postea esuriit. Et dixit ad eum is qui temptabat: Si filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant. Ille autem dixit ei: Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo Dei. Tunc assumpsit eum diabolus, 20 et statuit eum supra pinnaculum templi, et dixit illi: Si filius Dei es, mitte te deorsum, et excipiant te angeli, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.

INTERPRETATIO.

Christus ieiunans nos esuriebat, quos iustitia saturabit. Lapidem autem nos fuimus, qui duritiam cordis habuimus. Templum autem Christianos 25 homines demonstrat, Paulo apostolo dicente: 'Vos estis templum Dei.' Fastus autem templi caritas est, per quam eminet templum, per quam Christus in Christianis ascendit. Quod autem diabolus Christo dixit, Mitte te de templo hinc deorsum, hoc est: suadebat Christo, ut de nostra caritate descenderet. Ne forte, inquit, offendas ad lapidem pedem tuum: 30 hoc est, quasi qui increduli essemus, veluti duritiam lapidum haberemus, ita offensionem nostram Christo obiebat.

6 Locustae] G: Locustas μ . 9 sqq. pala... palam] μ ; palea... paleam G. 10 purgabit] μ ; purgavit G. 13 Area] G; Aream μ . 22 excipiant] G; excipient μ . 27 Fastus] G; Fastigium μ . per quam eminet templum] G; om. μ .

4. silvestre] Mt. 3, 4.
11. inextinguibili] Mt. 3, 12.

22. tuum] Mt. 4, 1 sq.
26. Dei] 2 Cor. 6, 16.

CAP. VI.

Esto benignus adversario tuo cito, dum es cum illo in via, ne forte adversarius tradat te iudici, et iudex ministris, et in carcere mittaris

INTERPRETATIO.

5 Adversarius quod dicit, exteriorem hominem demonstrat, hoc est carnalem, cum quo iter facimus Via autem transitum saeculi huius demonstrat. Huic ergo adversario benigni simus, hoc est, casti cum illo vivamus, ne admissis inlicitis tradat nos iudici, hoc est Christo; et iudex, inquit, ministris, id est angelis, et angeli in carcerem nos tradant, hoc
10 est in gehennam.

CAP. VII.

Nesciat, inquit, sinistra tua quid faciat dextera tua, ut sit elemosina tua in abscondito.

INTERPRETATIO.

15 Dextera nos sumus, quia Christum colimus, qui in dextera Patris sedet. Sinistra autem Iudaei sunt atque haeretici. Proinde nesciat sinistra, quid pars faciat dextera.

CAPIT. VIII.

Nolite vobis condere thesauros super terram, ubi tinea et comestura
20 *exterminant, et ubi fures effodiunt et furantur. Thesaurizate autem vobis thesauros in caelo, ubi fures non effodiunt neque furantur, et cetera.*

INTERPRETATIO.

Terra quam dicit, habitaculum corporis nostri significat. Thesaurus vero fides est. Quod ergo dicit, Nolite vobis condere thesauros in terra,
25 hoc est, nolite thesaurizare in carne; ubi tinea, inquit, [f. 130^v] comedit, hoc est, avaritia sive libido; et fures effodiunt, hoc est diabolus, qui fidem furatur. Sed condite, inquit, thesauros in caelo, hoc est in spiritu, qui caelum intelligitur. 'Qui seminaverit in carne, de carne metet corruptionem; qui autem seminaverit in spiritu, de spiritu metet vitam
30 aeternam'

CAP. VIII.

Qui vides festucam in oculo fratris tui, trabem autem in oculo tuo non consideras?

5 *Adversarius*] G; *Adversarium* μ .
illicita μ . 23 *Terra*] G; *Terram* μ .

8 *ne admissis inlicitis*] G; *ne forte ob admissa*
28 *intelligitur*] μ . inser. *sicut apostolus Paulus dixit.*

3. *mittaris*] Mt. 5, 25.

30. *aeternam*] Gal. 6, 8.

13. *abscondito*] Mt. 6, 3 sq.

33. *consideras?*] Mt. 7, 3.

21. *furantur*] Mt. 6, 19 sq.

INTERPRETATIO.

Hoc ad haereticos dicit, qui audent cum Iudaeis altercari, de quorum oculis eximere se putant festucam, hoc est, coronae illius spineae festucas; ut in oculis suis trabem non sentiant, hoc est, crucis offensionem.

X.

5

Nunquid colligunt de spinis uvas, aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona bonos fructus facit, mala autem malos fructus facit.

INTERPRETATIO.

Spinae quas dicit et tribuli haereses intelliguntur, de quibus fructum iustitiae nemo colligit, hoc est, martyres ex haereticis nemo. Arbor ¹⁰ autem mala vetus homo est, qui multos fructus facit, hoc est peccata, libido, et avaritia. Arbor autem crux est, quae fructum vitae credentibus attulit.

XI.

Omnis qui audit verba mea haec et facit ea, similabo eum viro sapienti ¹⁵ qui aedificavit domum suam super petram. Descendit pluvia, advenerunt flumina, flaverunt venti, et inpegerunt in domum illam, et non cecidit: fundata enim fuit super petram. Et omnis qui audit verba mea et non facit ea, similabo eum viro stulto qui aedificavit domum suam super harenam. Descendit pluvia, flaverunt venti, inpegerunt in domum illam, et cecidit, et ²⁰ facta est ruina eius magna.

INTERPRETATIO.

Petra scilicet Christus est, auctor apostolorum. Domus autem quam dicit, habitaculum corporis nostri est. In hac igitur petra, hoc est Christo, domum nostram aedificemus, hoc est, corpus nostrum sanctificemus; ut ²⁵ cum flumina et ventus venerint, hoc est, impetus persecutionis et procella, impulsus non cadamus. Harena autem non aliud quam haereses intelliguntur, quae omni tempestate volvuntur. Super hanc igitur harenam, hoc est haeresim, quicumque domum suam, hoc est, corpus suum et fidem suam aedificaverit, stultus est. Mox enim ut advenerint flumina et venti, ³⁰ hoc est tempus persecutionis, ilico cadet.

CAP. XII.

Non possunt, inquit, filii sponsi ieiunare, quamdiu cum illis est sponsus.

3 spineae] μ.; spine G. 9 Spinae... tribuli] G; Spinas... tribulos μ. 12 libido et avaritia] G; libidines et avaritiam μ. 23 Domus] G; Domum μ. 28 quae] μ.; qui G. 29 hoc est corpus suum et fidem suam] G; om. μ. 30 aedificaverit] μ.; dicaverit G. ut] G; om. μ.

7. facit] Mt. 7, 16 sq.

21. magna] Ibid. 24-27.

*Venient autem dies cum auferetur ab eis sponsus, et tunc ieiunabunt illis diebus [fol. 131]. Nemo autem inmittit commissuram panni rudis in vestimentum vetus : tollit enim plenitudinem eius a vestimento, et maior scissura fit. Neque mittunt vinum novum in utres veteres, alioquin rumpit vinum
5 utres, et vinum perit et utres ; sed mittunt vinum novum in utres novos, et utraque servantur.*

INTERPRETATIO.

Sponsus Christus est ; filii autem sponsi nos sumus. Proinde si quis lectioni insistit, non ieiunat : quia sponsus cum illo est, qui dixit ‘ Ego
10 sum panis vitae. ’ Et tunc incipient ieiunare. Indumentum autem novum hominem novum demonstrat ; vetus autem indumentum veterem hominem significat. Si quis ergo hominem interiorem, hoc est spiritalem, coniunxerit cum exteriori, id est carnali, maiorem scissuram facit. Vinum scilicet novum, sacramentum est. Utres autem veteres, Iudaei sunt ; utres
15 vero novi nos sumus, qui hoc musto potamur.

XIII.

*Ecce mulier sanguinis profluvium habens per annos duodecim accessit retro, et tetigit vestimentum eius. Dicebat enim intra se : Si tetigero tantum vestimentum eius, salva ero. Ille autem dixit ad discipulos suos : Quis me
20 tetigit ? sensi enim a me exisse virtutem. At ubi vidit mulier illa, quae tetigerat vestimentum eius, non posse celari, procidit ad pedes eius dicens : Ego Domine tetigi, quia profluvio sanguinis vexabar. Ille autem dixit ei : Filia, fides tua te salvam fecit.*

INTERPRETATIO.

25 Facta sunt ista omnia, sed habent spiritalem intellectum. Nam mulier in profluvio sanguinis conversa, ecclesia est ; in cuius imaginem iam tunc Machabaea iugulabatur, cuius sanguis in imagine ecclesiae profluebat. Veniente autem Christo, sanguis eius iam non in profluvium mortis, sed in martyrium gloriae translatus est. Vestimentum autem eius quod
30 tetigit, corpus Christi est ; quod et nos attingimus, et sanamur. Duodecim autem anni, apostolorum numerum demonstrat.

1 dies cum] G ; μ. om. cum. 9 insistit] G ; persistit μ. cum illo est] μ. inser. qui
est Christus. 15 hoc] G ; de hoc μ. 22 quia] μ. ; que a G. 29 in martyrium
gloriae] μ. ; in martyrum gloria (gloria add. sup. lin.) G. 31 anni] G ; annos μ.

6. servantur] Mt. 9, 15-17.
10. vitae] Io. 6, 35.

23. salvam fecit] Mt. 9, 20 sq ; Luc.
8, 43 sq.

CAP. XIII.

Ecce ego, inquit, mitto vos sicut oves in medio luporum. Estote, inquit, prudentes sicut serpentes, et simplices sicut columbae.

INTERPRETATIO.

Lupi quos dicit, persecutores nostri sunt. Oves autem nos sumus, qui 5 tempore persecutionis a lupis coercemur. Sed estote, inquit, astuti sicut serpentes, et simplices sicut columbae : hoc est, sicut serpens in necessitate mortis caput suum celat, corpus autem suum morti tradit ; ita et nos caput nostrum [f. 131^v], hoc est, Christum celemus confitendo, corpus autem nostrum lupis tradamus. Columba autem ecclesia est, cuius filii, 10 quotiens ob nomine Christi occiduntur, gaudent et exultant.

CAP. XV.

Nonne duo passeressesse veneunt? Et unus ex illis non cadet in terra sine voluntate Patris vestri, qui in caelo est.

INTERPRETATIO.

15

Duo passeressesse quos dicit, spiritus et anima intelliguntur, sicut in psalmo dicit : ' Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium.' Asse autem quod dicit, denarius fidei est, a quo convenimus. Terra autem homo ipse est, qui sine Patris voluntate nec animam nec spiritum potest accipere. 20

CAP. XVI.

Venit, inquit, Iesus in synagogam, et invenit ibi hominem habentem manum aridam, et dixit illi Iesus : Extende manum tuam. Et extendit manum, et facta est sana sicut altera.

INTERPRETATIO.

25

Facta sunt ista omnia, sed habent spiritalem intellectum. Nam aridam quod dicit manum, infructuosi hominis ostendit personam. Proinde Dominus dixit ad eum, Extende manum tuam : ut elemosinam cum misericordia extensa manu pauperi porrigamus.

CAP. XVII.

30

Simile est, inquit, regnum caelorum thesauro absconso in agro ; quem

9 celemus] G, et ita quidem legendum praesensit Beda Grundl, Theolog. Quartalschr. Tübing. 1897, vol. LXXIX, p. 560 ; colamus μ . 11 ob nomine] G. Cf. H. Rönsch, Ital. u. Vulg. p. 408 ; ob nomen μ . 18 a quo convenimus] G ; a quo eum venimus μ ; ad quam religionis studio convenimus β .

3. columbae] Mt. 10, 16.
14. in caelo est] Ibid. 29.

17. venantium] Ps. 123, 7.
24. altera] Mt. 12, 9 sq.

qui invenit homo absconsum, vadit, et vendit omnia quae habet, et emit agrum illum.

INTERPRETATIO.

Ager hic mundus est. Thesaurus autem in agro absconsus Christus
5 est, qui latuit triduana illa passione. Sive quia ager paradisus est, thesaurus autem vita eterna est. Proinde vendamus quicquid in hoc saeculo habemus, ut ad illum agrum perveniamus.

XVIII.

*Et coegit discipulos ut ascenderent navem, et praecederent trans mare
10 donec remitteret turbas. Navis autem iam erat in medio mari fluctibus turbata : fuit enim contrarius ventus. Quarta autem vigilia noctis abiit ad illos ambulans in mari ; et cum viderent eum, turbati sunt. Dixit autem Simon Petrus : Domine, si tu es, iube me venire ad te super aquas. At ille ait : Veni. Et descendit Petrus super aquam ambulans, ut veniret ad
15 Iesum. Videns autem Petrus ventum validum venientem ad se timuit ; et cum coepisset mergi, clamavit dicens : Domine salvum me fac.*

INTERPRETATIO.

Mare scilicet saeculum est ; navis autem, in qua apostoli ascenderunt, ecclesia est. Quod autem dicit, Fluctibus turbata est, hoc est, quod
20 ecclesia persecutione pulsatur. Ventus autem contrarius diabolus est, qui [f. 132] ecclesiae contrarius est. Quod autem dicit, Quarta vigilia noctis venit ad eos ambulans super mare, hoc est, quod quatuor evangelia nobis attulit, qui in nocte ignorantiae iacebamus. Quod autem dicit, Turbatus est Petrus visa tempestate, hoc est, quod in passione Christi turbatus est,
25 ut etiam negando fides eius submergeretur.

CAP. XVIII.

Iesus autem dixit discipulis suis : Amen dico vobis, quia difficile dives intrabit in regnum caelorum. Iterum dico vobis, facilius est camelum per foramen acus transire, quam divitem in regnum Dei.

30

INTERPRETATIO.

Divitem populum Iudaicum dicit, qui cum divitiis de Aegypto exierunt; de quo in psalmo dicit ' Divites eguerunt et esurierunt. ' Camelus autem nos fuimus, qui nihil rectum in nobis habuimus ; qui nunc sarcinas peccatorum deposuimus, et per foramen acus introivimus, hoc est, per arctam

1 *vadit*] G ; *vadet* μ.

2. *illum*] Mt. 13, 44.

16. *salvum me fac*] Mt. 14, 22-30.

29. *Dei*] Mt. 19, 23 sq.

32. *esurierunt*] Ps. 33, 11.

et angustam viam quae ducit ad vitam. Nam Iudas Scariothis dives fuit de pretio quo Christum tradidit, sed in regnum caelorum non intravit.

CAP. XX.

Simile est regnum caelorum homini patrifamilias, qui prodiit primo mane in foro conducere operarios in vineam suam; et placuit illi cum 5 operariis singulis denariis diurnis. Et egressus circa horam sextam et nonam, et idem fecit. Sed et circa horam undecimam egressus est, et invenit alios stantes, et ait illis: Quid hic statis otiosi? Et illi responderunt: Quia nemo nos conduxit. Et ait illis: Ite et vos in vineam meam. Vespere autem facto dixit procuratori suo: Voca operarios, et redde illis mercede- 10 dem, incipiens a novissimis usque ad primos. Cum ergo venissent qui circa horam undecimam fuerant vocati, acceperunt singulos denarios. Venerunt autem et priores, sperantes se amplius accepturos. Et cum accepissent singulos denarios, coeperunt murmurare adversus patremfamilias dicentes: Hi novissimi una hora operati sunt, et pares illos nobis fecisti, qui susti- 15 nuimus laborem totius diei.

INTERPRETATIO.

Paterfamilias Christus est, qui operarios conducit, hoc est, qui credentes colligit, ut mercedem accipiant. Vineam autem, cultura legis est. Denarius autem, vita aeterna est. Quos autem dicit ad horam primam operatos, 20 virgines sunt, qui se laborem et calorem carnis sustinuisse dicunt. Forum autem mundus iste intelligitur. Qui autem sero ad opus accesserunt, abstinentes sunt. Quod autem dicit, Vespere mercedem acceperunt, hoc est, quod in adventu Christi recipient casti mercedem [f. 132^v] laboris sui.

CAPUT XXI.

25

Et adduxerunt asinae pullum, et sedit super eum, et deponentes vestimenta sua in via, alii autem caedebant ramos de arboribus et proiciebant ante eum dicentes: Osanna filio David.

INTERPRETATIO.

Asinae quem dicit pullum, populum novellum demonstrat, hoc est 30 nostrum, qui et praeseptum domini sui cognovit, hoc est altare, ubi cibaria colligimus. Turba autem quam dicit vestimenta sua iactantem, hoc est, quod credentium multitudo veterem hominem expolians se proiciet. Arbores

1 Scariothis] G; Iscariotes μ. 24 casti] μ.; ea isti G. 30 Asinae] μ.; Asinus G.
22 iactantem] scripsi; iactantam G; iactantes μ.

1. ad vitam] Cf. Mt. 7, 14.

16. diei] Mt. 20, 1-12.

28. David] Mt. 21, 7 sqq.

31. cognovit] Cf. Is. 1, 3.

33. expolians] Cf. Coloss. 3, 9.

autem iidem homines sunt. Rami vero de arboribus abscisi, peccata sunt quae in nobis virescebant.

XXII.

Aliam, inquit, parabolam audite. Erat quidem paterfamilias qui plantavit vineam, et sepem illi circumdedit, et fodit in ea lacum et aedificavit turrim, et locavit eam colonis, et ipse peregre profectus est. Cum autem appropinquasset tempus fructuum, misit servos suos ad cultores illos, ut acciperent de fructibus suis. Coloni autem apprehensos servos viros, alium ceciderunt, alium vero lapidaverunt, alium autem decollaverunt. Item misit alios servos plures prioribus, et fecerunt illis similiter. Novissime autem misit illis filium suum unicum dicens: Forsitan filium meum verebuntur. Quem et ipsum apprehensum occiderunt.

INTERPRETATIO.

Paterfamilias quem dicit, Patris similitudinem demonstrat. Vineam quam dicit novellasse, lex nova est. Turris autem ecclesia est; lacus baptisma est. Coloni autem Iudaei sunt; sepis vero fides est. Servi quos dicit occisos, prophetae intelliguntur. Posteriores quos dicit missos, apostoli sunt, ex quibus unus decollatus est Iohannes. Novissime autem filium occiderunt, scilicet Christum.

XXIII.

Reddite, inquit, quae Caesaris sunt Caesari, et quae Dei sunt Deo.

INTERPRETATIO.

Iubemur, inquit, in persecutione reddere quae Caesaris sunt Caesari, hoc est, corpus in quo habet potestatem; reddere quae Dei sunt Deo.

XXIII.

Fuerunt, inquit, apud nos septem fratres. Primus eorum uxore ducta non relictis filiis mortuus est, et reliquit uxorem suam fratri suo; similiter et secundus, et tertius, et quartus usque ad septimum. Novissime autem omnium et mulier defuncta est. In resurrectione ergo cuius eorum erit uxor? Nam omnes septem habuerunt illam uxorem.

INTERPRETATIO.

Septem quos dicit fratres, patriarchas septem demonstrat, qui sunt septem libri Moisi. Uxor autem eorum synagoga est; cum qua septem

1 iidem] idem G. Rami... abscisi] optime G; Ramos... abscindentes μ . 8 viros] G; om. μ . 24 Deo] μ . prosequitur: spiritum scilicet et fidem.

12. occiderunt] Mt. 21, 33 sqq; Mc. 12, 1 sqq.

21. Deo] Mt. 22, 21.

30. uxorem] Mt. 22, 25 sqq.

patriarchae coeuntes semen nominis Christi infuderunt, et fidem nunquam concepit.

XXV.

Insurget autem regnum super regnum [f. 133] et gentes super gentem, et erunt fames et terraemotus per loca singula. Sed haec omnia initia erunt 5 gemitus et doloris. Tunc tradent vos in mortem, tunc multi scandalizabuntur, et tradent se alterutrum ad mortem, et multi pseudoprophetae exsurgent et seducent multos; et propter scelerum habundantiam refrigescet caritas multorum. Qui autem perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.

INTERPRETATIO.

10

Regnum super regnum quod dicit, hoc est, quod super regnum Christi audet diabolus haereses suscitare. Fames autem et terraemotus, hoc est, quod aliquanti homines, [qui] terra intelliguntur, famem patiuntur, hoc est, sine Spiritu Dei, nec intellectum habentes, ad haereses submoventur. Et tradent se, inquit, in mortem. Et pseudo, inquit, prophetae exsurgent; 15 ut puta Amoxobius, qui multos deceptit.

XXVI.

Tunc, inquit, qui in Iudaea sunt fugiant ad montes; et qui in agro est, non revertatur retro ad vestimentum suum. Vae autem praegnantibus et lactantibus in illis diebus. Orate autem, ut non fiat fuga vestra hieme vel 20 sabbato.

INTERPRETATIO.

Iudaea scilicet terra sancta est, hoc est, casti homines quique carnem suam sanctificaverunt. Fugiant, inquit, ad montes: hoc est, ad apostolorum doctrinam. Et qui in agro est, non revertatur ad vestimentum suum: 25 hoc est, qui in saeculo est, non revertatur ad veterem hominem. Vae autem praegnantibus et lactantibus: hoc est, quicumque fratrum et sacerdotum avaritiam velut praegnans conceperit, vae illis erit. Lactans autem is erit, qui mandata Christi non recte docuerit: hic non cibo sed lacte potavit. Hiems autem quod dicit, tempus capiendi homines ostendit. Item et 30 Iudaeo sabbato fugere non licet, nec etiam de civitate recedere permittit. Ita et nos oremus, ut saeculum fugere possimus, ne ab antichristo veluti ab hieme aut sabbato preoccupemur.

XXVII.

Tunc, inquit, simile aestimabitur regnum caelorum decem virginibus, 35

4 gentes] G; gens μ . 13 qui] supplevi ex μ ; om. G. 14 nec] μ ; necis G.
16 ut puta Amoxobius] G recte; ut pote Amapobius μ . 23 quique] G; qui μ .

9. *salvus erit*] Mt. 24, 7 sqq.

21. *sabbato*] Mt. 24, 17-20.

quae acceperunt lampades suas et exierunt obviam sponso et sponsae. Quinque autem ex illis erant fatuae, et quinque prudentes. Fatuae autem acceptis lampadibus suis non sumpserunt oleum secum in vasis suis; prudentes autem tulerunt oleum in vasis suis cum lampadibus.

5

INTERPRETATIO.

Decem virgines quas dicit, quinque sapientium nomina dicimus, id est, spem, fidem, caritatem, castitatem, et elemosinam. Vasa autem habitationes eorum sunt, hoc est, ho[f. 133^v]mines in quibus inhabitant. Oleo, inquit, plenas: hoc est, spiritali gratia. Lampades vero, vigilantium spiritus sunt. Obviam euntes sponso, hoc est Christo. Fatuae autem sunt istis contrariae: quae quod vident sperant, alia infidelitas, tertia sine caritate, quarta autem carnalis, quinta vero infructuosa. Horum etiam lampades extinguuntur: quia oleum non habent, hoc est, spiritalem gratiam.

15

EXPLICIT SECUNDUM MATTHAEUM. INCIPIT
SECUNDUM LUCAM.

CAP. I.

Ideoque nascetur tibi filius, et vocabis nomen eius Iohannem, et multi in nativitate eius gaudebunt, et vinum et siceram non bibet.

20

INTERPRETATIO.

Vinum quod Iohannes bibere prohibetur, luxuria intelligitur; sicera autem dactili sucus est, qui non aliud quam carnis dulcedo intelligitur. Proinde hoc genus poculi spiritalia effugiant.

CAP. II.

25

Ne dixeritis, Patrem habemus Abraham. Dico autem vobis, quoniam potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahae. Iam quidem securis ad radices arborum posita est. Omnis ergo arbor non faciens fructum bonum excidetur, et in ignem mittetur.

INTERPRETATIO.

30

Lapides quos dicit, Iudaei intelliguntur propter duritiam et incredulitatem suam. De quibus filios Abrahae resuscitavit, hoc est apostolos; sive gentilium duritiam, de quibus martyres coronavit. Arbores autem homines intelliguntur; quibus securis posita est, hoc est duorum testamentorum acumen, quorum manubrium crux intelligitur.

9 vigilantium] G corr. ex vigilantiae; vigilantia v.

4. lampadibus] Mt. 25, 1-4.

28. mittetur] Lc. 3, 8-9.

19. non bibet] Lc. 1, 13-15.

CAP. III.

Nemo, inquit, lucernam accendit, et ponit eam sub modio aut in abscondito, sed super candelabrum, ut omnes qui ingrediuntur lumen videant.

INTERPRETATIO.

Lucerna Christus est, qui dixit ‘ Ego sum lumen huius mundi ’ ; sive 5
mandata eius, quae illuminant corda nostra. Vas autem mundus iste
intelligitur, modius vero haereses ; candelabrum autem veritas, quod
lumen demonstrat. Proinde hanc lucernam, hoc est mandata Christi, non
in saeculo abscondamus, sed super candelabrum ponamus. Ut luceat,
inquit, omnibus introeuntibus in domum : hoc est, in ecclesiam. 10

CAPIT IIII.

*Et ascendit Iesus in montem ut oraret. Et dum oraret, factus est aspectus
vultus eius inmutatus ; et vestimentum eius factum est album, refulgens
sicut nix. Et ecce viri [fol. 134] duo conloquebantur cum eo : erat autem
Moises et Helias apparentes in gloria. Et dicebant excessum eius, quem 15
completurus erat in Ierusalem. Petrus vero, et qui cum illo erant, gravati
erant a somno ; et vigilantes viderunt gloriam eius, et duos viros qui cum
ipso erant, et dixerunt ad Iesum : Magister, bonum est nobis hic esse, et
faciamus tabernacula tria, tibi unum, et Moysi unum, et Heliae unum,
nescientes quid dicerent. 20*

INTERPRETATIO.

Merito Dominus ascendit in montem altum, hoc est, in sublimitate
Patris sui ; inmutatus est in splendore luminis, ne forte apostoli adhuc
aliquid dubitarent. Iam enim ante dixerat ad eos : ‘ Modicae fidei, quid
dubitastis ? ’ Quod autem dicit, Vestimenta eius splendida facta sunt, 25
inmutationem sanctorum futuram demonstrat. Quod autem dicit tria
tabernacula, triduanam habitationem passionis demonstrat.

CAP. V.

*Suspiciens, inquit, Iesus ait : Homo quidam descendebat ab Hierusalem
in Iericho, et incidit in latrones, qui despoliaverunt eum, et plagis impositis 30
reliquerunt eum semivivum, et abierunt. Quidam autem sacerdos descende-*

6 Vas] G ; Vasum μ . 10 in ecclesiam] μ ; in ecclesia G. 14 erat] G μ , pro erant ?
17 vigilantes] G μ , pro evigil. ? 18 hic] μ ; suppl. in marg. G. 29 Suspiciens] G, uti
codd. Evang. multi, pro Suscipiens.

3. videant] Lc. 11, 33.

5. mundi] Io. 8, 12.

20. dicerent] Lc. 9, 28-33.

21. Interpretatio] Omnino differt ab
ea quae edita est in μ ; in quo praete-

rea desiderantur reliqua, quae heic
primum ex cod. Gandavensi proferun-
tur in lucem.

25. dubitastis ?] Mt. 14, 31.

bat eadem via, et cum vidisset eum, preteriit. Similiter et levita cum vidisset illum, pertransiit. Samaritanus autem quidam iter faciens venit secus illum. Quem ut vidit, misericordia motus est, et accedens alligavit vulnera eius, infundens oleum et vinum. Et inposuit illum super iumentum suum, et duxit ad stabulum, et curam illi adhibuit. Et alia die protulit duos denarios, et dixit stabulario, et ait: Curam illius habe, et quodcunque supererogaveris ego revertens reddam tibi.

INTERPRETATIO.

Hierusalem visio pacis interpretatur; Hiericho autem saeculum est. Homo autem qui descendebat ab Ierusalem in Hiericho, Adam fuit, qui proiectus a facie Dei in saeculo venit, inquit, in latrones: hoc est, in diabolo, qui eum despoliavit, et plagas illi infixit, hoc est, quod indumentum immortalitatis illi abstulit, et peccata mortis infixit. Sacerdos autem et levita, Moyses et Aaron intelliguntur; quia Adae vulnera, hoc est gentilium peccata, non curaverunt. Samaritanum autem Christum dixit, qui Samaritanus dictus est. Ipse, inquit, plagas eius curavit: hoc est, vulnera nostra sanavit, vinum et oleum infundendo, hoc est, sanguinis sui et crismatis sacramentum; et ad stabulum perduxit, hoc est, ad ecclesiam. Stabularii autem episcopi sunt. Quod autem dixit, Revertens reddam tibi, hoc est, in adventu suo mercedem medicinae episcopis daturus.

CAP. VI.

Dixit autem ad illos parabolam talem, dicens: Hominis cuiusdam divitis possessio bene attulit fructum. Et cogitavit intra se, dicens: Quid faciam, quoniam non habeo ubi congregem fructus meos? Et ait: Hoc faciam, destruam horrea mea, et maiora aedificabo, ubi congregabo omnia quae nata sunt mihi; et dicam animae meae: Habes multa bona, epulare. Dixit autem illi Deus: Stulte, hac nocte repetunt animam tuam a te. Quae ergo praeparasti, cuius erunt?

INTERPRETATIO.

Divitem stultum dicit, hoc est, carnalem divitem et honustum peccatis,

6 *dixit*] G, pro *dedit*?

14 *vulnera*], *peccata* expuncto, G.

7. *tibi*] Lc. 10, 30-35.

9. *Hierusalem visio pacis* etc.] Ista quoque in rem suam convertit Pseudo-Theophilus: ex quo certius comperimus ultimas has adnotatiunculas genuinum Arnobii fetum esse.

18. *crismatis sacramentum*] et infra

148, 13 *oleum*, hoc est, *crismatis gratia*. Conf. Arnob. in Psal. IV 'vinum in sanguine, oleum in chrismate'.

19. *Stabularii a. episcopi sunt*] Conf. Hieron. Commentariol. psalm. 146 III¹ 100, 1-4.

29. *erunt?*] Lc. 12, 16-20.

quae totum hominem fructu impietatis repleverant. Cui maior apotheca et horreum fabricatur, hoc est, cor hominis; et mentem impellebant ad infidelitatem, ne Deum agnosceret. Anima autem eius avaritia est, sive libido, in qua vetus homo luxuriatur. Huic itaque Christus respondit: Stulte, hac nocte repetunt animam tuam a te; hoc est, illa nocte qua 5 Christus passus est, et hominem veterem occidit in cruce.

VII.

Dixit ad eos parabolam: Si est in vobis fides tanquam granum sinapis, dicetis huic monti, Transfer te, et transferet se a vobis.

INTERPRETATIO.

10

Sinapis quod dicit, sacramentum fidei demonstrat, quod per Trinitatem sumit candorem: hoc est, per aquam et Spiritum baptismi, et oleum, hoc est crismatis gratia. Ignei carbones, Spiritu sancti figura est. Mons autem diabolus intelligitur, pro magnitudine malitiae suae. Proinde dicit: Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic, Transfer te 15 hinc, et transferet se a vobis.

CAPITUL. VIII.

Aliam parabolam dixit apostolis: Quis ex vobis volens turrin aedificare non prius sedens computat sumptus qui necessarii sunt ad consummandum, ne forte cum posuerit fundamentum et non potuerit perficere, omnes trans- 20 euntes cum viderint incipiant deridere eum dicentes: Hic homo stultus coepit aedificare, et non potuit consummare?

INTERPRETATIO.

Turrem quod dicit aedificandam, habitaculum corporis nostri est, quod ex omnibus mandatis Christi aedi[f. 135]ficare debemus, et trabe crucis 25 contignare; et computare sumptus, hoc est, perseverantiam fidei, ne forte perfectum *** nostrum denotent.

VIII.

Et ait Iesus: Homo quidam habuit duos filios. Et ait adolescentior: Pater, da mihi portionem substantiae meae, quae mihi continget. Et divisit 30 illis substantiam. Et non post multum congregatis omnibus adolescentior filius peregre profectus est in regionem longinquam, et ibi dissipavit substantiam suam vivendo luxuriose. Et cum consummasset omnia illa, facta

8 fides] suppl. in marg. G. 24 Turrem] β, e ex i corr. G. 26 contignare] G optime; consignare β. 27 perfectum *** nostrum] Lacunam stellulis indicavi; ne forte aliqui imperfectum opus nostrum derideant β.

9. a vobis] Lc. 17, 6.

22. consummare?] Lc. 14, 28 sq.

est fames magna in regione illa, et coepit ipse egere, et cupiebat implere
 ventrem suum de siliquis quas porci manducabant. In se autem reversus
 dixit: Surgam et ibo ad patrem meum et dicam ei, Pater peccavi in caelum
 et coram te, iam non sum dignus vocari filius tuus, fac me sicut unum ex
 5 mercennariis tuis. Et exurgens reversus est ad patrem suum. Et cum adhuc
 longe esset, vidit illum pater ipsius, et misericordia motus currens cecidit
 supra collum eius, et osculatus est eum. Dixitque illi filius: Pater, peccavi
 in caelum et coram te, iam non sum dignus vocari filius tuus, fac me sicut
